68
13 G
39

1986-8020

68.13.g.39

N. 3744 Cesena il 11 Mag.° 1833
Comprato dal Sig.r Bassetti Girolamo [illegible] .35.—
[illegible] ad 1/5 [illegible] [illegible] coperta da legatore

H. H. 41. — 29.

# LIBELLVS DE BEL-
# LI IVSTITIA INIV-
# STITIAVE, PER
# FRANCISCVM ARI-
# AS DE VALDE-
# RAS HISPA-
# NVM .V.I.
# CONSVL-
# TVM,

FOELICITER, EDIT-
TVS. PLVS PONDE-
RIS IN SECESSV,
QVAM IN FRON-
TE HABENS.

Paolo Bri.
Cesena

Franciſcus Arias de Valderas Legionen̄. I.V. Doctor. Ampliſſimo in Chriſto patri. Illuſtriſſimoq́ Domino Domino ſuo. Stephano Gabrieli Merino tt. Sancti Vitalis. ſacroſancte Romane Ecleſie Presbitero Cardinali. Giennen̄. Indiarumq́ Pateiarche. meritiſſ.

S. P. D.

MOris erat apud parthos ātiſtes grauiſſime Regē ſine munere ſalutare neminē. quē ego morē immitatus, cū tuas deoſculaturus manus acceſſurus eſſem. quod me tuorum numero pro ſumma tua Virtute ac. ſingulari Pietate vltro digatus es, Libellum noſtrum de Iuſto & Iniuſto Bello. quem ſub Garſia Loayſa, Seguntino Cardinali viro vndecunq́ ornatiſſimo militans ſubciſiuis horis cōpoſui. pro munere quo te Principem meum ſtudioſorum bonorūq́ omnium fautorem ſalutarem gaudebundus accepi, Hoc ratus & abſenti illi te ob ſingulares Virtutes tuas maxime colenti. & tibi fore gratiſſimum. qui ut ſtudioſos omnes amas præter ceteros eorundem labores non niſi habere in precio potes. michi quoq́ cōuenientiſſimū. qui cum ætatē meam ſub vmbra Muſarū ab ipſis (vt ſic dicam) incunabulis sūmis cum Laboribus nunc usq́ tranſegerim. ſolos Literarum & meorum laborum foetus afferre pote

*ram, ſatis etiam actum fœliciter cum Libello noſtro intel ligens ſi tuis auſpiciis in manus Hominum prodiret, hoc ergo quicquid muneris ideſt Pater ampliſſime, religionis & obſeruantie, erga te noſtræ haud dubium pignus benigne ſuſcipito, alia in poſterum quæ meliora forſan uidebuntur ( Muſis bene fauentibus ) a nobis habiture, Vbi cum decreta Sanctorum Patrum, cum Beatorum Pontificum Sanctiones, cū Sapientum Finitiones clariſſimas perlegeris, que cauſam qua de agitur continet magnopere oblectaberis certo ſcio, quiq; in Hiſpaniarum moderatione unus ex Secretioribus Inuictiſſimi Cæſaris Conſiliariis, in tractandis Negotiis ſtrenuus, in Conſultando Prudentiſſimus, in Sententiis ferendis Grauiſſimus, & admirabilis modeſtiæ ab omnibus iudicatus es, ab eodemq; ipſo Inuictiſſimo Charolo eam obrem non vulgariter Dilectus Pontificiq; Clementi. VII. Optimo Maximo Principi, ita comendatus vt inter Patres grauiſſimos Chriſtiane rei publice Conſultores eiusdem beneficio cooptatus reſplendeas, Nichil habebis Antiquius ꝙ audire intueri conſiderare, Auguſtini, Hieronimi, Gregorij, & Ambroſij placita, Romanorum Pontificum Decreta multorumq; Eruditiſſimorum Argumenta, que in huius noſtre queſtionis ( difficili Tractatu. ) recenſentur. Ex ille hoc quidem ſatis munus, Sed ſi cum dantis maximo animo iūxe-*

*ris, que tua erit ſingularis uirtus magnum reputabis, & Deditum tuum. Franciſcum Beneuolentia & Fauore Perpetuo proſequeris.*

*Vale.*

## Ad Lectorem.

CVm in propſita queſtione inferius ex agitanda, de Belli Iuſtititia, Iniuſtitiaue tractetur. aſſūpſimus (exempli gratia) Summi Pontificis, atq; Imperatoris perſonas quod ſub eadem dictione Iuris utriuſq; Conſulti eamdem Queſtionem non ſine latiſſima verborum confuſione di uentilent, vt ex ipſis Iuribus iuxta cuiuſq; ingenium examinatis varie elicuerunt, Ego vero conſulens vtilitati publicæ, & breuitati, nouum iter huius aperiende difficultatis aggreſſus ſum. Dedi ſi quidem Studio quanto maxime potui meam qualemcūq; vires tulere operam. ut Iura que ad rem attinent cuncta coniungerem, Iuribusq; Iura conferem. ac Doctorum Sententias quas ab eisdem ex hauſere ſuccinte recenſerem. hiſq; facile animaduerſis prudens lector. tum Queſtionis veritatem. Tum Doctorum diffinita perſpicere poſſit. que firmiora minuſue firma litteris ſint de mandata, In cunctis vero quid mea paruitas ſentiret nō diſſimulaui, illius tamen modeſtie nō oblitus qua non prorſus ignarus uti Iure debet qui tot inter Sapientum lumina de eodemq; quo ipſi negotio ſcripſere ſim uerba facturus. Vbi prius pro altera parte Quinque fundamen

tis nullo pacto Bellum eſſe comittendum arguo. Ex altera vero. his expoſitis veritatem Queſtionis depromo, tuū pie erit lector ſi nō nihil tibi fructus Libelli noſtri partus attulerit. afferet autem, vt ſpero non exiguum eiuſdem auctorem merita Laude minime defraudare. vale,

& Lege Fœliciter.

# ¶ FRANCISCVS ARIAS IVRIS Conſultus in Tractatu de bello & eius Iuſtitia incipit.

SIquidem in illo solẽni diſcepta tionis actu quem publice diſpu tando excuſſi. in conuentu car dinalium. frequenti Epiſcopo- rum Iuris ſapientum & omni fariã literatorũ incurſu. Ro. anno Domini. M. D. xxxij. die uero. xi. menſis Iunij cum inter alia Centum quinquaginta dubia ex toto corpo re Iuris Elicita, eſſet unum huiſmodi utrum iuſtum ſit bel lum inductum ab imperatore contra Papam vel econuer ſo, Quidam ſubtilis doctor quo ad primam ſui partem aſumendo eam negatiue argumentatus eſt nec tamen res potuit attenta materie diffuſione et temporis breuitate & in oportunitate expediri. Qua de cauſa iuſſu tuo am pliſſime preſul ſummo omnium fauore et plauſu progreſ ſus, hoc tractatu ad huius examen puncti ſum ad cuius propoſitum cetera que memorie occurrũt breuiter et qua ſi ſumarie in materia referam, que quia de ſe eſt longa, et habetur late per docto. maxime in. c. olim el. 1. de reſti. ſpo. & in. c. ſicut el. 3. de iu. iu. & in. c. pro humani

de homicidio in. 6. & in. l. hoſtes. ff. de capti. et in. l. hoſtes ff. de uerbo. et in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. et iu. et in alijs diuerſis locis diuerſimode. Primo bellum eſt iniurie propulſatio, uel uindicte illatio, iniuria autem uel a propria perſona, uel a ſotio repellitur. quod utrunq; euangelica lege prohibetur cum dicitur ſiquis te percuſſerit in unā maxillam prebe ei et alteram, & iterum qui angariauerit te mille paſſus, uade cū eo duo milia, Item apoſtolus ad ro. nō uos defendentes cariſſimi: ſed date locum ire. Item Petro gladio magiſtrum defendenti, Chriſtus dixit conuerte gladium tuum in uaginam, an putas non poſſum rogare patrem meum & exhibebit mihi plus q̄ duodecim legiones angelorum. Deniq; ſicut de beato Andrea legitur, cum fieret concurſus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperet, et ab iniuria mortis illum defenderet. Ipſe econtra exemplo et verbo patientiam docens rogabat eos, ne ſuum martirium impedirent. Itē in prouerbiis dicitur, mihi uindictā et ego retribuam. dicit dominus et in euangelio nolite iudicare & non iudicabimini. Item cum pater familias dicat ſeruis uolentibus colligere zizaniam, ſinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: et tunc dicā meſſoribus colligite zizaniam et alligate faſciculos ad comburendum. Item cū rex ille qui nuptias fecerat filio ſuo miſſis exercitibus ſuis angelorū videlicet dicatur perditurus ho

micidas prophetarũ et apoſtolornm,qui uocati ad nuptias uenire contempſerunt credendo. Item cum Paulus etiã ad Ro.dicat nolite inuicem iudicare. Item tu qui es,qui iudicas alienum ſeruum dominus ſuus ſtat aut cadit? ſiue ergo uiuimus ſiue morimur domini ſumus in hoc.n. Chriſtus mortuus eſt et reſurrexit, ut & uiuis & mortuis dominetur. In his omnibus quid aliud precipitur ꝙ ut uindictã delinquentiũ diuino referatur examini? Cum ergo bellum uideatur indultum uel ob iniuriam propulſandam,uel propter uindictam inferendam, utrunq; autẽ lege Euangelica prohibetur,apparet ꝙ militare peccatum eſt,Hinc Grego.niſi bella iſta carnalia:figuram ſpiritualium bellorũ gereret,nunꝙ(ut opinor)iudaicarum iſtoriarum libri diſcipulis Chriſti,qui uenit pacem docere,legendi in eccleſiis fuiſſet ab apoſtolis traditi.Quomodo.n.bellorum eis proficeret iſta deſcriptio?quibus dicitur a Ieſu pacem meam do uobis, pacem meam relinqo uobis, et quibus per apoſtolum inhibetur et dicitur non uos metipſos uindicantes,ſed magis iniuriã percipite et magis fraudem patimini.Et ideo iudiciorum uigor poſitus eſt in medio:ne quis ſibi ultionem ſumere preſumat,ad hoc enim locorũ gradus, rationis ordo diſtinxit & iudicia eſſe conſtituit, ut neq; prepoſiti in oprimendos ſe fruſtra ualeant occupare ſubiectos,neq; ſubiecti iterum contra ſuos prepoſi-

tos efrenata ſit reſultãdi licẽtia.c.ad hoc.x.6.q.i.l.nulla.
C.de.iu.Unde deniq̃ ſciẽs apoſtolus nobis iam ultra bel
la nõ eſſe carnaliter peragẽda ſed uare certamina cõtra
ſpirituales aduerſarios deſudanda velut magiſter militie
preceptũ dat militibus Chriſti, dicens, induite uos armatu
ra X̃pi ut poſsitis ſtare aduerſus aſtutias diaboli. Quod
uero iniuria ſotiorũ armis propulſanda non ſit, exemplis
et autoritatibus probatur, Dominus.n.cũ ab Herode que
reretur ad interficiendum non patrociniũ ſibi queſiuit ar
morum cum occulto inſtinctu poſſet in eos conuertiſſe ma
nus iudeorũ ſed profugiens in Egiptũ latuit ibi per ſepten
nium, ſic etiam cum a iudeis lapidibus peteretur abſcon-
dit ſe et exiuit de templo, ſic etiam cum duceretur ad cru-
cẽ, noluit cõmuoere aduerſus ſeniores turbam que nuper
ei obuiam proceſſerat: et cum palmis et laudibus eum rece
perat. ſic etiam interrogatus a Pilato: an rex eſſet, ait re-
gnum meum non eſt de hoc mundo: ſi.n.eſſet de hoc mun
do miniſtri mei utiq̃ decertarent, ut non traderer iudeis,
inſinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui au-
xilio humanarum uirium: non diuino preſidio ab iminenti
iniuria se tueri contendunt. Item cum diſcipulis ait ſi uos
perſecuti fuerint in unam, Ciuitatem: fugite in aliam: nõ ar
ma armis: ſed fugam perſecutoribus docuit opponi. ſic
legitur in Eſaya Egiptus a nabuchodonoſor deueſtata eſt

contra diabolu pugnandu e

*quia filiis Iſrael contra aſirios et caldeos protectionis et
defenſionis auxilium promiſſit unde dictum eſt baculus
arundineus rex Egipti, ſuper quem ſi aliquis inixus fue
rit confringetur & perforabit manus inniſtentis, ipſi.n.
iudei captiui ducti ſunt, quia ſpē sue liberationis nō in ſo
lo deo, ſed homine poſuerunt. Sic etiam de primis creden-
tibus legitur: ꝙ rapinam suorum bonorum cum gaudio ſu-
ſcipiebant non querentes ſibi aliorum patrocinia, ſed gau
dentes quoniam digni inueniebantur pro nomine Ieſu cō-
tumeliam pati, Sic et apoſtolus in prima Epiſtola ſuadet
corinthiis: ut iniuriā et fraudē patienter ferrent potius ꝙ
repetendo fratres scādalizent, Sic ab idolaticis et a quali
bet eſca cenſet abſtinendum potius ꝙ cum scandalo frū.
edamus, Sic & aſumptibus abſtinet ne aliquod ofendi-
culum euangelio Chriſti preſtaret, Cum ergo ille qui ab
iniuria armis arcetur nō minus scandalizetur ꝙ ille a quo
ablata coram iudice repoſcuntur: patet ꝙ ad propulſandā
iniuriam non ſunt petenda armorum auxilia, Quod au-
tem petendum non eſt, illud iure preſtari non debet.*

*¶ Quod autē uindicta inferenda: nō ſit multis modis pro
batur, Mali.n. tollerandi ſunt non abiciendi increpatione
puniendi non corporaliter expellendi.*

*¶ Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo pre-
cepto probatur, ꝙ Dominus in le. homicidiū prohibuit, di*

cens,non occides. Item in Euangelio,omnis qui acceperit gladium gladio peribit.

℄ De Epiſcopis uero & quibuslibet clericis q̄ neq̄ ſua auctoritate:nec auctoritate romā Pontificis arma arripere ualeant,facile probatur.Cū.n Petrus qui primus apoſtolorum a domino fuerat electus:materialem gladium exerceret,ut magiſtrum a iudeorum iniuria defenſaret:audiuit,Conuerte gladium tuum in uaginam,omnis enim qui gladium accipit,gladio peribit: ac ſi aperte diceretur, hactenus tibi tuisq̄ predeceſſoribus inimicos dei gladio licuit corporali perſequi,deinceps in exemplum patientie gladium tuum.i.tibi hactenus conceſſum in uaginam cōuerte, ſpirituale tantum gladium, q̄ eſt uerbum dei in matatione ueteris uite exerce. unde Inno. papa. Cum a iudeis inquit Dominus caperetur & Petrus cuiuſdam in obedientis aurem abſcinderet:ferire prohibuit & forma omnium ſacerdotum,quorum prior erat,etiam pro ſe ipſo arma carnalia capi prohibuit. Item illud apoſtoli, non uosmetipsos defendentes fratres cariſſimi. q̄uis omnibus generaliter dicatur, ſpetialiter tamen prelatis dictum intelligitur.hinc.Io.P.angelberge.impatrici.excusās.io. Epiſcopum remoueri de militia dicit,Nimium certe ueretur & iure formidat contra profeſſionem sui ordinis ſecularem militiam exercere,terram defendere,de preliis,

*tractare, de armis terrenis portare. Item Ambro. Nõ pil lea querunt ferrea, nõ arma Chriſti milites, conatus repu gnare non noui, ſed dolor fletus orationes lacbrime fue rũt mihi arma aduerſus milites. Talia. n. ſunt munimẽta ſacerdotũ, aliter neq; debeo, neq; poſſum reſiſtere. fugere autẽ et relinquere eccleſiam non ſoleo, ſeruus Chriſti non cuſtodia temporali: ſed domini prouidentia perire conſue uit. Item Nicolaus Papa ad Carolum imperatorem Re prẽbeſibile ualde conſtat eſſe quod ſub intuliſti dicendo maiorem partem Epiſcoporum oiũ. die noctuq; cum omni bus aliis fidelibus tuis contra Piratas maritimos in uigila re, & ob id Epiſcopi impediantur uenire, cũ militiũ Chri ſti ſit Chriſto ſeruire, milites uero ſeculi ſeruiant. ſeculo ſe cundũ q; ſcriptum eſt, Nemo militans Deo, implicet ſe ne gotiis ſecularibus, q; ſi seculi milites militie ſtudent, quid ad Epiſcopos & milites Chriſti niſi ut orationibus ua cent? Item Grego. Si in morte longobardorum me miſcere uoluiſſem gens neq; ducẽ neq; regẽ haberẽt: sed q̃m timeo Deũ in morte cuiuslibet hominis me miſcere formido. Itẽ in Conci. tole. His a quibus domini ſacrã tractanda ſunt, iudicium sanguinis agitare non licet, et ideo magnoopere talibus exceſſibus prohibendũ ẽ, ne indiſcrete preſumpti onis motibus agitati aut q; morte plectendum eſt ſentẽtia propria iudicare preſumãt, aut per ſe inferãt membrorũ*

truncationes quibuslibet perſonis aut inferendas precipiant, q̄ ſi quiſq̄ inmemor horum preceptorum aut in eccleſie ſue famulis, aut inquibuslibet perſonis tale aliquid fecerit, conceſſi ordinis & honore priuetur & loco. ſub perpetuo quoq; dannationis teneantur ergaſtulo relegatus cui tamen communio exeunti ex hac uita non eſt deneganda propter domini miſericordiam, que non uult peccatoris mortem, ſed ut conuertatur et uiuat. Item ex eodem. Clerici qui in quacunq; factione arma uolentes ſumpſerint, reperti, amiſſo ordinis ſui gradu in mōaſtero perpetuo tradantur. Item ex conci. triburien. quicunq; clericus aut in bello aut in rixa aut gentilium ludis mortuus fuerit, nec in oblatiōe neq; in oratione pro eo poſtuletur ſed in manus incidat iudicis ſepultura tamen non priuetur hinc et Augu. ad marce. comi. De donatiſtis captis circūbelliōes illos et clericos partis donati quos de hiponenſi ciuitate ad iudicium profactus eorum publice diſcipline cauſa deduxerat a tua nobilitate comperi auditos, et plurimos eorum de homicidio, quod in reſtitutum presbiterum catholicum commiſerunt & decede Inno. alterius catholici presbiteri atq; de oculo eius Efoſſo & digito preciſo fuiſſe confeſſos, unde mihi ſollicitudo maxima in cauſa eſt: ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legum ſeueritate eſſe plectēdos, ut qualia fecerint talia patiantur. ideoq; his litteris ob

teſtor fidē tuam, quam habes cum Chriſto per ipſius domini noſtri miſericordiam, vt hoc nō facias. nec omnino fieri permittas. Quamuis .n. ab illorum interitu diſsimulare poſſemus, quia non accuſantibus noſtris, ſed illorum notarijs, ad quos tuende publice pacis uigilancia pertinebat, preſentati uideātur examini, nolumus tamē paſſiones ſeruorum Dei, quaſi in aliene partis ſupplicijs uindicarj, Hinc & Gregor. Papa reos ſanguinis deffendat Eccleſia, ne effuſione eius particeps fiat

¶ Ad primum precepta pacientie non tam obſtentatiōe Corporis, ꝙ preparatiōe cordis sūt retinēda. unde. Aug. ait in ſermone de puero Centurionis, Paratus debet eſſe homo iuſtus et pius patienter eorum maliciam ſubſtinere, quos bonos fieri querit, ut pocius nūerus creſcat bonorum non ut pari malicia, ſe in numero addat malorun, Deniq; iſta precepta magis ſunt ad preparationem cordis, ꝙ ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in ſecreto, animi patientia cū beniuolentia, in manifeſto aūt id fiat, quod eis uidetur prodeſſe, quibus bene uelle debemus, Hinc liquido oſtenditur, ꝙ ipſe Dominus Iheſus exemplum ſingulare patientie. Cum ipſe percuteretur in facie, reſpondit Si male loquutus ſum, ex proba me de malo, si aūt bene, quid me cedis? nequaꝗ igitur preceptum (si uerba intueamur) impleuit nec. n. prebuit percutienti alterā partem,

ſed potius prohibuit ne faceret et iniuriam augeret, et tamen paratus aduenerat nõ ſolum percuti in faciẽ, uerum etiam pro his, a quibus patiebatur Crucifixus, occidi, pro quibus ait in Cruce pendens, Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt, Nec Paulus apoſtolus preceptum Domini, et magiſtri eius uidetur impleſſe, ubi ẽt percuſſus in facie dixit principi ſacerdotũ, percutiat te deus paries dealbata ſedes: me iudicare ſecundum legem, et contra legem Iubes me percuti, & cum a circunſtantibus diceretur, iniuriam facis principi ſacerdotum, Irridens eos admonere uoluit, ꝙ dixerit, ut qui ſaperent, ẽt intelligerẽt iam dextruendum eſſe in aduentum Chriſti parietem dealbatũ, Hoc eſt hippocreſim ſacerdotij Iudeorum. Ait quippe neſciui fratres, quia princeps eſt ſcriptum eſt. n. principi populi tui non maledices, cum proculdubio, qui codẽ populo creuerat, atq; in lege fuerat eruditus, illum principem ſacerdotũ neſcire non poſſet eos quibus ita notus fuerat, ullo modo falleret. ¶ Sunt ergo iſta precepta patiẽtie ſemper in cordis preparatione retinenda, ipſa quoq; beniuolentia ne reddat malum pro malo ſemper in uolũtate complenda, agenda ſunt aũt multa etiam cum in uictis quadã benigna aſperitate plectendis, quorũ potius utilitati conſulẽdum eſt, ꝙ uoluntati, nãm corripiẽdo filium quemlibet aſpere, nunꝙ profecto paternus amor amittitur, fiat tamen quod

*nolit & doleat, quia etiam Inuitus dolore uidet ſanandus, Ac per hoc ſi terrene iſta res publica Chriſtiana precepta cuſtodiat, etiam ipſa bella ſine beniuolencia non gererentur, Sed ut ad pietatis Iuſtitie quam facilius ſocietatem uirtus conſulatur, Nã cui licentia iniquitatis eripitur, utilius uincitur, Quoniã nihil eſt infelicius felicitate peccãtium huia penalis nutritur mpunitas, & mala uoluntas uelut interior hoſtis roboratur, Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, Hoc potius conſilium ſalutis petentibus in euangelio diceretur, ut abijceret arma, Seque militie omnino ſubtraherẽt, dictũ eſt aũt eis neminẽ concuſſerit, eſtote contenti ſtipendijs ueſtris, quibus propriũ ſtipendium ſufficere debere precepit, militare itaque non prohibuerat, Idem noli exiſtimare neminẽ deo placer' poſſe qui armis bellicis miniſtrat in hijs erat ſanctus David cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium, In his etiam plurimi illius temporis iuſti, in hijs erat ſanctus ille Centurio, qui Domino dixit, nõ ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* ¶ *Duplex eſt ergo bellum, publicum, quod proprie dicitur, Illud quod inducitur auctoritate principis ſuperiorem non recognoſcentis.*

*Aliud eſt Bellũ particulare, quod improprie dicitur bellum, Multiplex quod eſt, ut Duellum repreſalie, & omne bellum motum, uel aceptatum auctoritate non publica,*

Iuſtū bellū

ſed alicuius inferioris principis ſuperiorem recognoſcentis de quo infra, Iuſtitia .n. publici belli fundatur primo ex iuſta Cauſa, que prouenit ex neceſsitate, nō ex uoluntate, vnde Aug. ad Bonif. Hoc ergo primum cogita quando armaris ad pugnam, quia uirtus tua, et ipſa corporalis donum Dei eſt, Si .n. cogitabis de dono Dei, nō facies contra Dominum, fides .n. quando promittitur, etiā hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellū geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur? pacem habere uoluntatis eſt, bellum autem debet eſſe neceſsitatis, ut liberet Deus á neceſsitate & conſeruet in pace, non .n. pax queritur, ut bellū exerceatur, ſed bellū geritur, ut pax acquiratur, eſto ergo in bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem uincendo perducas, Beati .n. pacifici ait Dominus, quoniam filij Dei uocabuntur, Si autem pax hūana tam dulcis eſt pro temporali ſalute mortalium? Quanto dulcior eſt pax diuina pro eterna ſalute angelorum? Itaq; hoſtem pugantem neceſsitas deprimat, nō uoluntas, Sicut bellāti & reſiſtenti uiolentia reditur, ita uictori capto miſericordia Iam detur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. at idem militare non eſt delictum, ſed propter predā militare peccatum eſt, Item apud uos dei cultores etiam ipſa bella paccata ſunt, que non cupiditate aut auiditate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coherceantur et boni ſu

*bleuentur, unde Nicolaus Papa ad coſulta bulgarorū. Si nulla urget neceſsitas non ſolum quadrageſimali tempore ſed etiam omni tempore eſt aprelijs abſtinendū, ſi autem in euitabilis urget inportunitas: neq; quadrageſimali tempore pro defenſione tam ſua, q̄ patrie ſeu legum paternarum eſt bellorum proculdubio preparationi parcendum ne uidelicet homo videatur Deum tentare, ſi habet quod faciat & ſue ac aliorum ſaluti conſulere non procurat et ſante religionis detrimenta non precauet, hinc e' Ambro. Fortitudo que bello tuetur a barbaris patriam uel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios plena iuſtitia eſt, & ut qui inpugnantur hoc mereantur hinc idem Augu. iuſta bella ſolent diffiniri, que ulciſcuntur iniurias, ſic gens & ciuitas petenda eſt, que vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt, uel reddere quod per iniurias ablatum eſt vel male poſſidetur & illicite. unde idē ad uincē. contra here. quicūq; uos occaſiōe huius legis Imperialis non dilectione cordis. ſed odio inimicandi perſequitur diſplicet nobis, e' q̄uis res quecunq; terrena non recte a quoq̄ poſſidere poſſit, niſi iure diuino, quo cunta iuſtorum ſunt, vel iure humano, quod in poteſtate eſt regum terre: ideoq; falſo res appallatis ueſtras, quas neq; iuſte poſſidetis & ſecundum legem terrenorum regū amittere iuſſi eſtis, fruſtraq; dicitis nos in eis congregandis la-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*boravimus,cum ſcriptum legatis,labores impiorum iuſti edunt,ſed tamen quiſquis ex occaſſione legis huius,quam reges terre Chriſto ſeruientes ad emendandā impietatem veſtram promulgauerunt, res proprias veſtras cupide appetit diſplicet nobis,q̄ſq̄s dēiq; res ipſas pauperū,uel baſilicas congregationum,quas ſub nomine eccleſie tenebatis,que omnino non debentur niſi ei eccleſie,que vera eſt Chriſti eccleſia,nō per iuſtitiam ſed per auaritiam tenet diſplicet nobis quiſquis pro aliquo flagitio,uel facinore deiectum a uobis ita ſuſcipit ſicut ſuſcipiunt, qui excepto errore quo a nobis ſeparamini ſine crimine apud uos uixerūt diſplicet nobis,itē cōtra petilianum.Si de rebus uel locis eccleſiaſticis,que non tenetis,querimini poſſunt & iudei iuſtos ſe dicere,et iniquitatē nobis obijcere,quia locum in quo impij regnauerūt modo Chriſtiani poſſidēt, quid ergo indignum ſi ea que tenebant,eretici ſecundum parem voluntatem domini chatolici tenent, ad omnes iniquos & impios illa vox domini valet,auferetur a vobis regnum Domini & dabitur genti facienti iuſtitiam, an fruſtra ſcriptum eſt labores iniuſtorum pij edēt? qua propter magis mirari debetis ꝙ ad huc tenetis aliquid,q̄ ꝙ aliquid amiſiſtis,item ſi qua iam preciſi poſſidere cepiſtis,quia vobis ablata nobis dominus dedit,non ideo poſſidemus aliena et concupiſcimus,quia illius imperio cuius ſunt,omnia facta*

ſunt noſtra, & iuſte noſtra ſunt. vos. n. vtebamini ad preciſſionem, nos ad vnitatem. alioquin & primo populo Dei poſſent illi obijcire aliene rei concupiſcientiam, qui diuina poteſtate ab eorum facie, qui ea terra male vtebãtur expulſi ſunt, & ipſi iudei a quibus ablatum eſt regnum ſecundum verbum Domini & datum eſt genti facienti iuſtitiam poſunt obijcere aliene rei concupiscentiam, quia Chriſti eccleſia poſſidet ubi perſecutores Chriſti prius regnabant: non recte ergo obijciunt, quod res eorum concupiſcamus, & auferamus, sed utinam chatolici fiant & non ſolum que dicunt ſua, ſed etiam noſtra in pace et charitate nobis cum poſideant, vſq; adeo autem calumniandi cupiditate cecantur & non atendent, ꝙ ſint inter ſe cótraria, que loquntur, ipſi certe dicunt & in uidioſiſſimi ſibi conqueri uidentur, ꝙ eos in noſtra communione violento legum imperio cohartamus, hoc itaq; nullomodo faceremus, ſi res eorum poſsidere uellemus, quis enim auarus querit compoſſeſorem? quis dominandi cupiditate inflamatus, uel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortem? ipſosq; certe attendant quondã ſuos modo etiam sotios noſtros & Fraterna nobis dilectione coniuntos quemadmodum ſua teneant, non ſolum que habebant, ſed etiam noſtra, que non habebant. qui tamen ſi pauperum compares ſumus etiam noſtra ſunt et illorum: ſi aũt

*priuatim que nobis ſuficiant poſsidemus, non ſunt illa noſtra,ſed pauperum.quorum procurationem quodamodo gerimus,non proprietatē nobis uſurpatione damnabili vendicamus,quidquid igitur nomine eccleſiarū partis donati poſsidebant Chriſtiani imperatores legibus religioſis cum ipſis clericis ad chatolicam eccleſiam transferre iuſſerunt,cum ergo nobiſcum ſunt plebs earūdem eccleſiarum nobiſcum ſunt pauperes,qui de eiſdem poſeſsiunculis alebantur,ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena,ſed intrent vnitatis ſocietatem:ut pariter gubernemus non illa tantum quidem,que dicunt ſua verum etiam que dicunt & noſtra.Scriptum eſt.n.omnia ueſtra, uos aūt Chriſti,Chriſtus autem Dei.quemadmodū ergo mēbrum ſi precidatur ab hōīs uiui corpore,nō poteſt tenere ſpiritum vite,sic homo ſi preciditur de Chriſti iuſti corpore nullomodo poteſt tenere ſpiritum iuſtitie,etiam ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore, in huius ergo compage corporis veniant & labores ſuos non dominandi cupiditate,ſed bene viuendi pietate poſſideant nos aūt voluntatem noſtram ut iam dictum eſt ab huius cupiditatis ſordibus quolibet inimicorum Iudicante purgamus, quādo eos ipſos,quorum labores dicuntur ut nobis cum et illis & noſtris in ſocietate chatolica utātur quantum ualemus inquirimus,ſed hoc eſt in quiunt quod vos mouet,*

si iniuſte

ſi iniuſti ſuus, quare nos queritis? quibus rñ demus, queri mus uos iniuſtos ne permaneatis iniuſti, querimus perdi tos, ut de inuẽtis gaudere poſsimus, dicẽtes, mortuus erat frater & reuixit, perierat & inuentus eſt, quare ergo me inquit non baptizas ut me abluas a peccatis? rñ Deo quia non facio iniuriam charateri imperatoris, cum erro rẽ corrigo deſertoris, quare inquit apud te uel penitẽtiam non ago? immo niſi egeris ſaluus eſſe non poteris, quomo do. n. gaudebis te eſse correptum, niſi doleas te fuiſſe per uerſum? quid ergo inquiunt apud uos cũ ad uos tranſimus accipimus? Reſpõdeo nõ equidẽ, accipitis baptiſmum, quod vobis extra compagem corporis Chriſti in eſſe po tuit prodeſſe non potuit, ſed accipitis vnitatẽ ſpiritus in vinculum pacis, ſine qua nemo poterit videre Deum & charitatem que ut ſcriptum eſt operit multitudinem pec catorum, ſi aũt conſideremus quod ſcriptum eſt in libro ſapientie, ideo iuſti tullerunt ſpolia impiorum, item quod legitur in prouerbijs teſaurizantur aũt iuſtis diuitie im piorum tunc videbimus non eſſe querendum qui habeant res hereticorũ, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum. et ſi cor pus Chriſti tollit ſpolia impiorum, & ſi corporis Criſti theſaurizentur diuitie impiorum non debent impij fo ras remanere ut calumnientur ſed intrare potius ut iuſti ficentur, quibus auctoritatibus liquido monſtratur, ꝙ ea

que ab hereticis male poſsidẽtur a chatolicis iuſte auferuntur, neq; ideo aliẽa poſsidere dicũtur. Belli. et enim et particularis iuſtitia eſt ut reſiſtatur in iuſto in uaſori, ſundatur q; in regula iuris naturalis, & poſitiui, hoc eſt vim ui repellere licet. c. ius naturale. I. di. l. ut uim. de iuſt. et iu, neq; requiritur auctoritas ſuperioris, alioquin iam particulare bellũ erit publicum et comune, unde ſecundum abb. ubi ſupra, si per inferiores recogoſcentes ſuperiorem non habentes iuſtam cauſam neceſſitatiue preciſam pugnandi ut quia non pugnant ad ſuam, uel rerum ſuarũ defenſionẽ, inducatur tale bellũ iniuſtũ eſt et ipſi latrũculi dicũtur vt in. l. hoſtes. ff. De capti, habentes uero talem iuſtam cauſam pugnandi, ut quia non pugnant, niſi ad proſecutionem, & defenſionem neceſſariam iurium ſuorum, iuſtum eſt & ſecundum inno. is qui bellum infert, ſi habet iuris ditionem ſuper eos quos impugnat tamq; contumaces & rebelles, poteſt cuiq; concedere, ut res eorum in uadat, & ſuas faciat & eos captos detineat, quo vſq; tali domino iuriſditionem temporllem habenti aſſignet, hinc & alias iuſte pugnantibus ſe, uel ſua defendendo licet repellendo etiam occidere hominem, neq; licet capere aduerſariũ aut bona & capiendo ſua facere, niſi in ſui uel ſuorum recompenſationẽ, c. ius gentium. i. di. c. ſi de rebus. 23. q. 7. nec ex ipſa in uaſione, ui. bonorum raptorum competit, iniu-

riarum quoq; actio denegatur cū exceptio paris criminis obſtet ut de adul.intetelleximus,bene tamen poteſt uendicare,cum earum rerum,ſicut & prius remaneat dominus,que et in clericis locū habet,ut tenet.idem.Inno.alias ſequeretur,ꝙ clerici ſe defendere nō poſſēt cum hoc competat iure naturali ut ſupra, & quo ad actus naturales etiam nec religioſi cenſeantur mortui.c.placiuit.26.q.1. unde uidetur ꝙ non ſolum laici,ſed etiam clerici poſſint repellere iniurias,& rei et perſone.ut in iuribus ſupra, & in di.c.olim &.c.ſi uero.2.&.c.extenore de ſen. exco.nec ob;tex.in c.ſeditionarios.46.di.qui loquitur de uindicta inferenda,non de iniuria expellenda nec tex.in c,ſuſcepimus de homicidio,nam loquitur in iniuria rerum in cuius expulſione modum exceſſit,unde licet licitum ſit clericis uim illatam & inferendam rebus repellere & potius illatam q̃ inferendam,non tamen uſq; ad; oſenſionem alterius,maxime in perſonam,quia non euitatur irrigularitas,ſi occidat,uel mutilet cum alias euitare mortem ualeat ut in cle.i.debo.non autē incurrit in excomunicationem ſeruato moderamine,cū ad hoc requiratur diabolica ſuaſio,iniuriam uero perſone q̃q̃ repellere liceat prius q̃ ſit illata,unde licitum eſt,occiſſorem inſidiantenem,occidere,ut.ſſ.ad.l.aqui.l.4.& 5.repercutiendo tamen nulli licet,ſed ſi aliquis uim factam repellat potius preſumi

debet, q defendendi, ꝙ ulciſcendi cauſa fecerit ut ff.ad.l. aqui.ſi ex plagis §.tabernarius, & hoc ſi primus percuſſor uolebat denuo percutere, alioquin potius eſt uindicta ꝙ repulſio iniuriæ, et ita intelligitur tex.in.l.2.§.cum igitur.ff.de ui.& ui.arma. q incontinenti uis eſt repellenda, ſic licet repercutiendo, uim repellere, opinio uero, hugo.tenentis q peccat mortaliter occidens ne occidatur, reprobatur expreſſe indi.cle.per quem tex. mortem aliter uitare non ualens, ſuum poteſt occidere, uel mutilare inuaſorem, & etiam illarum perſonarum quarum iniuria propria eſt iuxta.no.per Inno.in di.c.ſi uero, & per glo. indi.cle.licet nullus, ad hoc teneatur ſilicet ut ocidat, ne occidatur & eſſet maioris perfectionis ſecundum ſanttum tho.ſi ſe permitteret occidi, ꝙ ſi ſe defendendo occideret, cum aliter euadere non poſſet ut in.c.de occidendis.23. q.8.neq; fit diſtintio loci in tali neceſſitate. nec obſtat eccleſiæ pollutio, cum ſit magis ponderanda hominis conſeruatio irreſtaurabilis, ꝙ eccleſiæ reſtaurabilis, maxime cum iuxta no.in c.unico.de conſe.eccle.uel alta.in 6.ad hoc requiratur efuſſio ſanguinis iniurioſi, licitaq; eſt occupatio & in quocunq; officio, ueluti baptizandi, confirmandi, ordinandi penitentiam iniungendi, ſingulaq; ſacramenta conferendi, ſi inuadantur quia licite poſt ponunt illorum ſacramentorum collationem in choatam propter ſui tute-

lam, hinc ꝙ celebranti ſi inuadatur & aliter mortem euadere non poteſt, licitum eſt ſe defendere quia propter impedimentum corporale ſuperueniens, inchoatū officium dimititur in expletum, ut in. c. illud & . c. nihil. 7. q. i. & ſi ſe defendendo occiderit poteſt (reaſumpto officio) celebrare, dummodo habeat locum predi. cle, quia ut in ea probatur, neq; peccatum, neq; irregularitatē incurrit, ſed predicta habent locum quando ex imperfectione uel non collatione huiuſmodi non ſequeretur alias periculum anime alicuius, ſtante obligatiōe, quia ex morte ſacerdotis unum ſequitur malum tantum, et eſt temporale, aliter uero duo ſpiritualia, ſi licet mors anime, & neglectus cure, quod obligatis eſt mortale ut in. c. cum ſit de eta. & quali. preeligendū eſt minus malum maiori, per totum. 13. di. idem in dubio ſufficienti per regu. iu. quando uero fugiendo in uaſus euadere poſſit, panor. in di. c. olim, diſtinguere quoſdam dicit utrum ſit uerecundia fugere uel ne. Bar. uero indiſtincte ꝙ fugere quis non tenetur, quia fugere eſt iniuria. l. item apud labeonem. ff. de iniu. conſequenter ad eam repellendam & pro pulſandam percutere licet. nam ſi pro rerum defenſione licitū eſt armis reſiſtere ut in di. c. olim & c. dilecto de ſen. exco. in. 6. etiam uſq; ad occiſſionem ſi res alias ſalue eſſe non poſſunt iuxta nota. in. l. furem ff. ad. l. corne. de ſicca. & quelibet iniuria corporalis ma-

an fugr. is t.. .ir

*ior eſt rerum iactura.l.in ſeruorum ff.de pe.ergo pro hac propulſanda & licitum eſt percutere, q̄ & temperandum cenſent iuxta nota.per eundem Bar.in.l.i.ff.eo. in quo caſu & panor.q̄ licet euitetur peccatum non tamen irregularitas,cum non habeat locum,di.cle.ſed ſi bene aduertamus, prima diſtintio Bar. eſt uerißima, maxime in clericis, cum ex ditta cle,solum licentia concedatur in caſu,in quo aliter quis euadere non poteſt,& iniuria in iſto caſu perueniat ex facti proprij uerecūdia, que non datta ut ſuponit preditta diſtin.ceſſat iniuria.neq; de tali loquitur tex.indi.l.inſeruorum,sed,aduertendum ſecundum Io.delig.q̄ predicta defenſio pro rebus aut cōpetit iuſte poſidēti,aut iniuſte.ſi iuſte,et incōtinēti cū moderamine inculpate tutele poteſt quis et pro rebus ſuis & ſibi depoſitis,& comodatis & pro rebus amicorum,propinquorum,uicinorum,& proximorum,& pro repellenda eorum iniuria impartiri ſuum auxilium.imo ſi poteſt & negligit uidetur iniuriantem fouere di.c.diletto. &.c.conſentire 83.di.& afortiori in perſonali.inquibus licet euitetur peccatum,q̄ in realibus non credo mutilando uel occidendo non tamen irregularitas.licet excomunicatio ſicut dictum eſt ſic ad quam requiritur diabolica perſuaſio neq; a iure inponatur ſine peccato mortali.c.nemo.11.q.3.cū nō ſit in euitabilis neceßitas et iuxta glo.*

*in. § .i. 23 .q. 8. homo homini officium debeat ſi poteſt ſine periculo ſui. l. cum ſeruis. ff. de ſer. c. non eſt inferenda. 23 .q. 3 .c. relegētes. 23 .q. 5 . quinimo ſecundū cinum in. l. i. C. unde ui. & glo. indi. § . primo &* Bar. *in. l. ſiquis in ſeruitute in fine. ff. de furtis & indi. l. ut uim, ubi & glo. quilibet de populo poteſt quemlibet impugne defendere & percutiendo, licet conſultius fiat, ſecundum* Bar. *Si inuaſus clamet, defendite, ſucurrite, & ſimilia ad tollendum omne dubium ut no. etiam* Bal. *indi. l. i. argu. l. gracus. de adul. & hoc quo ad euitandam penam corporalem, aut pecuniariam ſine perſonarum diſcrimine ſecundum modum ditte. l. ut uim limitatum per legem. in priuatis. ff. de iudi. inter defendendo autem iuxta potiorem obligationem potius uni, ꝙ alio, ſi autem poſſidet quis iniuſte aut poſſidet iniuſte ab alio aliquo, ꝙ ab eo, contra quē uult uim ui pro poulſare, & tunc licet contra illum aliū quandocunq; uolentem uiolentiam inferre uim ui. ut ſupra repellere, aut ab eo contra quem vult uim ui repellere, & tunc aut poſſidet ui, aut precario, aut clam. in primo caſu ſi ſtatim uenit ut recuperet, nō licet reſiſtere.* C. *unde ui. l. i. aut ex interuallo ſic, quia tunc non licet alicui auttoritate propria ablata recuperare. in ſecundo uero caſu poſt denegatam reſtitutionem licet petenti rē ſuam ſtatim uim ui repellere neq; poſſidenti licet reſiſtere quia denegando*

*uidetur ſpoliare, ſed ante denegatam reſtitutionem non, licet poſſit renocare precarium, in tertio uero licitum eſt ingredi, neq; licet uim ui repellere, quia commiteretur uiolentia, vnde ſecundum panor. indi. c. ſicut. ſi recuperatio fiat in continenti, uim ui iſte dicitur repellerere, alias per iudicē debet res recuperari ſi poteſt, alioquin in defectum iudicis, ſi aliter non poteſt uiolenter poteſt dominus rem ſuā recuperare. ar. l. nullus, C. de iudi, et. l ait pretor. ff. de his qui in frau. cre. notat Inno. indi. c. olim. uel furto, mendacio, non, cum hoc non liceat pro alterius uita ſaluanda ut in. c. ne quis. 22. q. 2. unde glo. c. cupientes de ele. in. 6. intelligitur de cauillatiōe ſimulandi uel occultandi ſed predicta militant in ualentibus habere bona, ut excludantur ſerui, monachi, & ſimiles, pari formiterq;, licet pro rebus ſicut pro perſonis reſpectu eorum cui reſiſtitur data ui & abſq; diſcrimine. unde licita eſt predicta defenſio contra ſuperiorem, quando conſtat q́ iniuſte inuadit. l. prohibitū. C. de iure fiſci. maxime cum aliquid ad ipſum non expectans extra officium ſuum agit, alias ſi iuſte, ei reſiſtendum nō eſt. 2. q. 3. qui reſiſtit, eodē modo contra iudicē uel poteſtatem irrecuperabiliter inuadentem, ſic et contra ceteros habentes poteſtatem conceſſam cum excedunt, quia tunc comuni regula regulantur ueluti pater, abb. dominus, magis, & cetera, ſed cum licere huiuſmodi*

deſenſionis regulctur cum moderamine inculpate tutele, ut impredictis turibus, quod eſt quando id fit quo omiſſo iniuria repelli non poterat, ſine periculo perſone, uel rerum ſecundum glo. in. c. ſignificaſti de homi. & Bar. indi. l. pri. et panor in. c. olim. quia hoc nulli imputatur iuxta. l. ſcientiam. §. qui cũ aliter. ff. ad l. aqui. ſiquis tamen moderamen excedit non ex propoſito non tenetur ut. ff. ad. l. aqui. ſi explagis, §. tabernarius. & ſecundum In. no. & hoſti. & do. an. & hoc quantum ad dannũ illatum, & ſi perſona eccleſiaſtica percuſaſit, quo ad ſententiam excomunicationis ſecundum Rai. quantum uero quoad penam et irregularitatem, ſi mors ſequatur ſecus, cũ tutius hoc ſit. ſi aũt expropoſito, tenetur arbitrio Iudicis, ut indi. c. olim per Bal. in. c. i. de pa. in uſibus fæudo, diuerſificandum quod eſt huiuſmodi moderamen attenta uaria perſonarum qualitate, quia aliter & mitius. contra patrem. quam contra penitus extraneum, & ſic de alijs, nec in hoc certa poteſt regula dari, ſed poſumus diſtinguere, quia ſi uis infertur perſone incontinenti poteſt quis anteq̃ percutiatur percutere ad euadendum iniuriam uel percuſionem, cum hoc non ſit inferre, ſed potius repellere iniuriã ut ſupra dictũ eſt ſecundũ Bar. ſed hoc ſi uerisſimilia precedunt inditia, & manifeſti actus, quod ille uolebat ofendere, & iſte aliter ſe defendere non poterat, facta uero iniuria, etiam incontinenti non

eſt hoc licitum, quia eſſet uindictã, non defenſio niſi ut dictum eſt ſecundum glo. indi. §. primo Inno. & Bar. percuſſio geminata timeretur. ſed ſi percuſus in ſequitur percuſſorem percutere iam nolentem. ut culpabilis, non ut doloſus punitur, cum in conſultus calor calumnie uitio careat. l. i. ff. ad turpi. ſi autem rebus, & illatam & inferendam licitum eſt repellere in continenti ſed potius illatam ꝙ inferendam ut in prin. ditte glo. & indi. c. olim, maxime ſi aliter res ſalua eſſe non poſſet, aduertendum tamen ꝙ hoc quod dicitur in cõtincti, glo. indi. c. ſignificaſti habet ꝙ ſit quã citius poterit iuxta rei conformitatẽ, dum tamen ad alia non diuertatur ſecundum Io. an. & hoſti. alias, eſſet uinditta & guerra, quod relinquendum eſt arbitrio boni uiri, rerum qualitate penſata, cum dictum Bar. in ditta. l. prima non omnibus poſſit conuenire, & hoc niſi res per uiam iuditialem non poſſit rehaberi ſecus in ipſo attu rapiendi.

¶ Ad ſecundum licet petendum non ſit illud ꝙ iure preſtari non debet, enim uero, multa rite preſtãtur que tamen iure non petuntur bonus. n. non rite iniurie uindictam petit quia malum pro malo redderet, quam tamen iudex rite infligeret nec niſi bonum pro malo redderet, hinc Augu. in expoſitione pſal. c. 8. ait ſex diferentie ſunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis, hec bonorum

ſunt & prius melius, non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis, hec duo malorum ſunt, ſed poſterius deterius, reddere bona pro bonis, & pro malis mala hec duo mediocrum ſunt, prius propinquum bonis, quod Chriſtus non arguit, ſed plus oportere dicit, quia et ethnici hoc faciũt, poſterius propinquius malis, conuenit tamen etiam bonis. unde & lex modum ultionis ſtatuit, oculum pro oculo que. ſi dici poteſt iniuſtorum iuſtitia eſt. nõ quia iniqua eſt ultio, quam lex ſtatuit. ſed quia uitioſa libido ulciſcendi, magisq; ad iudicem pertinet hoc inter homines diſcernere, q̃ bonum hominem ſibi expetere hic. n. malum pro malo redderet, iudex uero non, ſed delectatione iuſtitie iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonũ pro malo quod etiam Deus iudex facit, item ab aliquo capto iniuſte ſua exiguntur, pro uita tamen redimenda iuſte offeruntur, item uaſa ſacra ab aliquo barbaro iniuſte exiguntur, pro redẽptione tamen captiuorum iuſte preſtantur, ſic & iniurie propulſatio licet iniuſte poſtuletur iure tamen preſtatur, q̃q̃ & ipſa poſtulatio non uſq; quaq; iniuſta probetur, aliud enim eſt iniuriam repellere, ut ſibi liceat uoluptuoſe uiuere, aliud ut aliorum utilitati libere poſſit uacare, ſic aliud eſt ſufragium ab homine tanq̃ aminiſtro iuſtitie poſtulare ut mala uoluntas aduerſantium eius miniſterio careat effectu & bonorum uoluntas eius ſufragio ſortiatur

effectum, aliud ſpem ſuam adeo in hominem transferre, ut aduerſa, que inferuntur a Deo ad uite correptionẽ humano pellantur auxilio nulla precedente correptione, ſicut Iſraelite, qui per captiuitatem ſibi iminentem Egiptiorum ſufragio ſe euadere poſſe putabãt ſine penitẽtia preterite uite nõ reuocantes ad memoriam, da nobis auxilium de tribulatione quia uana ſalus hominis, item hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri inuocabimus, petere ergo uel preſtare in tribulatione ſubſidium ut uoluptuoſe quis in crimine uiuat dannabile eſt, petere aũt uel preſtare ſolatium, ut malis facultas delinquendi adimatur, ut eccleſiam pacem adipiſcatur, ut aliquis multorum utilitati ſeruetur utile eſt & honeſtum, diſſimulare uero eſt grauiſſimum, hinc de paulo legitur, ꝙ cum quidam iudeorum iuraſſent ſe non comeſturos panem niſi eum interficerent, petyt milites a prettore quorum præſidio illeſus ſeruaretur ab iniuria iudeorum, non ſue uoluptati ſed omnium utilitati uicturus, hinc & in euangelio mercenarius uocatur, qui uidet lupum uenientem, & dimitit oues & fugit, hinc eccleſia ab Imperatore ad ſui defenſionẽ auxilium petere monetur unde idem ad Boniſa. ait, maximianus Epiſcopus uagienſis auxilium petit ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes eccleſie, non tam ſui ulciſcendi cauſa, ꝙ̃ tuende eccleſie ſibi credite, quod ſi pretermiſſis

ſet non eius fuiſſet laudanda patientia,ſed neglientia merito culpanda,neq̃.n.apoſtolus Paulus uite ſue tranſitorie,ſed eccleſie Dei conſuluit,qui contra illos,qui eum occidere conſpirauerant,conſilium eorum ut tribuno proderetur effecit,unde factum eſt ut cum ad locum quo fuerat producendus deduceret miles,armatus ne illorum pateretur inſidijs,idem ad emetrium.Noſtri,aduerſus illicitas, & priuatas ueſtrorum uiolentias,quas & uos ibi,qui talia facitis,doletis & gemitis a poteſtatibus ordinatis ultionem petunt, non q̃ hos perſequantur,ſed quia ſe defendant,& contra petilianum,pro membris Chriſti aduerſus vos ſeuiunt,& uobis reſiſtunt, quicunq̃ in eccleſia eo animo ſunt,quo tunc Petrus fuit,cũ ferrum pro Chriſti nomine ſtrinxit.ſed multum intereſt inter ueſtrã perſecutionem,& illorum uos ſimiles eſtis ſeruo ſacerdotis qui ſeruiente principibus ueſtris.aduerſus eccleſiam chatolicam.i.aduerſus corpus Chriſti armamini, iſti autem tales ſunt,qualis tũc Petrus fuit,qui pro Chriſti corpore .i.pro eccleſia etiam corporaliter pugnauit.hinc Ambro. in li.primo de offi.non inferenda ſed depellenda iniuria, lex uertutis eſt qui.n.non repellit a ſocio iniuriam ſi poteſt,tam eſt in uitio,q̃ ille qui facit.unde ſantus Moyſes hinc prius orſus eſt tentamenta imbellicis fortitudinis, nam cum uidiſſet hebreum ab egiptio iniuriam accipientem

*deſendit ita ut egiptium proſterneret atq; in arena abſconderet. Salomon quoq; ait, eripe eũ, qui ducitur ad mortem. Item Anaſtaſius & Damaſus, Papa. Qui poteſt obuiare & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt, q̃ fauere impietati eorum, neq; caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare. ite. ex con. cartha. v. Ab imperatoribus uniuerſis iuſtum eſt auxilium poſtulandum. propter afflictionem pauperũ, quorum moleſtijs ſine intermiſſione fatigatur eccleſia, ut defenſores eius aduerſus potentias diuitum cum Epiſcoporũ prouiſionem delegentur, Ecce q̃ nonunq̃ iniuria ſociorum armis eſt propulſanda, ut malis ſit adempta facultas delinquendi, proſit et bonis optata facultas libere conſulendi et eccleſie miniſtretur. hoc qui non facit conſentit. ũde Augu. in pſal. 81. Oſtendit prophã neq; illos in munes a ſcelere eſſe, qui permiſſerunt Chriſtum principibus interficere cum pro multitudine timeretur, & poſſent illos a facto &, ſe a conſenſu liberare. qui deſinit obuiare cum poteſt conſentit. neq;. n. fas eſt õnibus hominibus bellũ publicum ſuſcipere ſine auctoritate principis ſuperiorem recognoſcentis, cum hoc. non pertineat ad perſonam particularem, qui poteſt ius ſuum proſequi in iuditio ſuperioris, nulliq; liceat uiolare ius principum, quod uiolat qui ſine iuris auctoritate manu regia ius ſibi dicit ubi habetur copia*

ius dicentis, ſoli ergo principi cõpetit. ſua auctoritate cum non habeat ſuperiorem proconſequẽda iuſtitia, cuiuſmodi eſt Papa, Imperator, Rex Hiſpanie, et ceteri huiuſmodi iura habentes. ut per docto. ubi ſupra hinc & Iſidorus in 20. li. et himo. iuſtum eſt bellum quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulſandorum hominum cauſa unde Imperator valen. nulli prorſus inſcijs ac in conſultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. l. i. ut armo. uſus. C. li. 11. item Augu. contra mannicheos. quid culpatur in bello an quia moriuntur quandoq; morituri ut dominentur in pace uicturi? hoc reprhendiſſe timidorum eſt, non religioſorum. nocendi cupiditas ulciſcẽdi crudelitas. impacatus atq; implacabilis animus feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia. hec ſunt que imbellis iure culpantur. que plerumq; ut etiã iure puniantur aduerſus uiolẽtias reſiſtentium, Siue Deo ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur. ubi eos uel iubere aliquid tale, uel in talibus, obedire iuſte ipſe ordo conſtringit unde neq; Iohannes ab armis iubet diſcedere milites. & Chriſtus tributa Ceſari monet reddi quia propter bella neceſſariũ militi ſtipendium debetur, ordo autem ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli autoritas atq; conſili-

*um penes principes ſit, ſed ſi humana cupiditate bellū ge-
ritur nō nocet ſanctis, in quos nō habet quiſq̃ poteſtatem
niſi deſuper datam. non. n. poteſtas niſi a deo ſiue iubente,
ſiue ſinente, ergo uir iuſtus ſi forte etiam ſub rege ſacrile-
go militet, recte poteſt illo iubente bellare, ſi uice pacis or
dinem ſeruans. q ſibi iubetur uel non eſſe contra Dei pre
ceptum certum eſt. uel utrum ſit certum non eſt ita ut for
taſſe reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem
autem militem oſtendat ordo ſeruiendi propterea. n. qua-
dam prouidentia militantibus ſunt ſtipendia conſtituta. ne
dum ſumptus queritur predo craſetur, item dominus ipſe
reddite que ſunt Dei Deo, & que ſunt Cæſaris Cæſari,
igitur quod Ceſar precipit ferendum eſt, quod Imperator
tollerandum eſt. ſed fit intollerabile dum predā exacto-
res acummulant. Item interrogauerunt ioannem milites di
centes, quid faciemus & nos ait illis nemminem concutia
tis, aut calumniam faciatis, ſed eſtote cōtempti ſtipendijs
ueſtris. ſic autem cognoſcere ſe debet omnis homo, qui mi-
litat. non n. de hijs tantum militātibus ſcriptura loquitur,
qui armata militia detinentur. ſed quiſquis militie ſue cin-
gulo utitur dignitatis ſue miles aſcribitur, atq; ideo hec ſen
tentia poteſt dici uerbi gratia, militibus protectoribus cun
tiſq; rectoribus, quicunq; ſibi ſtipendia publice decreta
conſequitur, ſi āplius querit tanq̃ calūniator et cōcuſſor,*

ioannis

Ioannis ſententia condennatur. item Grego. uniuerſis mili tibus neapoli. Sume militie laus inter alia bona merita hec eſt obedientiam rei publi. utilitatibus exhibere quicquid ſi bi utiliter imperatum fuerit ob temperare.

¶ Iuſtificatur ad idem & bellum ex animo. & ſic ad tertium & quartum, ut non animo nec uindicandi, ſed ut bonum promoueatur, uel malum euitetur, quod ſolum requiritur ad euitandam culpam non autem ad licite retinenda que capiuntur in bello quia iniqua intentio non uariat rerum in equalitatē uel equalitatē ex quibus dependet ius retentionis, & reſtitutionis, unde Aug. in. li. de uerbis do mini, tollerandi ſunt quidem mali pro pace, neq; corporali ter ab eis recedatur ſed ſpiritualiter, ſpiritualiter exire eſt facere quod pertinet ad correptionem malorum quan tum licet pro gradu cuiuſq; ſalua pace, diſplicere eſt non tangere, non. n. prophete qui hoc dicebant populum ſuum dimiſerunt. non tetigiſti in mundum, Redarguiſti, monuiſti, Corripuiſti, Adhibuiſti, etiam ſi res exigit congruam & que unitatem non uiolat diſciplinam, clamauit Moyſes iſta, clamuuit Eſayas iſta, clamauit Ezechiel, uideamus ſid imiſerunt populum Dei, & ſe ad gentes ali as tranſtulerunt: q̃ multa q̃ uehementer Iheremias increpauit in peccatores & ſceleratos populi inter eos tamen erat unum cum eis templum, intrabat eadem ſacramenta,

celebrabat, & eadem ſceleratorum hominum congregatione uiuebat ſed clamando exibat, inde hoc eſt exire inde hoc eſt immundum non tangere. ore non parcere. & uoluntati male non conſentire. atem tu bonus tollera malum, nam & Chriſtus iudam cum ſciret furem eſſe tollerauit, et ad predicandum miſſit, eiq; cum alijs euchariſtiam dedit item ſuper, Io. Quid ergo uoluit Dominus noſter Iheſus Chriſtus fratres chariſſimi, ad monere eccleſiam, ſuam, q̃do unũ perditum inter duodecim habere uoluit niſi ut malos tolleremus, neq; corpus Chriſti diuidãus, ecce inter ſanctos eſt iudas, ecce fur eſt iudas, & ne contendas, fur & ſacrilegus, & non qualiscunq; fur ſed loculorum, dominicorum ſilicet ſacrorum ſic crimina diſcernuntur in fure, neq; qualiſcunq; furti ſed & peculatus, peculatus. n. furtum dicitur de re publica & non ſic iudicatur furtum rei priuate quomodo publice, quanto uehementius eſt iudicandus ſacrilegus fur? non undecunq; tollere hoc eſt ſacrilegium comittere ſed de eccleſia qui aliquid furatur iude proditori comparatur. item ecce inquiunt dicit propheta recedite, exite inde & inmundum ne tetigeritis quomodo ergo malos pro pace tollerabimus, a quibus exire & recedere iubemur, ne tangamus inmundum? nos iſtam receſſionem ſpiritualiter intelligimus, illi corporaliter. nam & ego clamo cum propheta. Equalia ſumus uaſa in-

tur nobis Deus in diſpenſatione ueſtra, clamamus & nos & dicimus uobis, recedite & exite inde. & in mūdum ne tetigeritis ſed contactu cordis non corporis quid.n. eſt tangere in mundum, niſi conſentire peccatis? quid eſt autem exire, niſi facere quod pertinet ad correptionem malorum quantum pro uniuſcuiuſq; gradu & perſona ſalua pace fieri poteſt? Ergo fratres mei quot quot habetis inter uos, qui adhuc amore ſeculi pregrauantur auaros, periuros, adulteros, inſpectatores nugarum, conſultatores mathematicorum, augurium, phanaticorum, aurispicum, erixoſos, luxurioſos, quicquid inter uos malorū eſſe noſtis quantum poteſtis improbate, ut corde recedatis, & redarguite, ut exeatis inde, & nolite conſentire ut in mundum ne tangatis, item contra parmenianum, Quis quis uel quod poteſt arguendo corrigit, uel ꝙ corrigere non poteſt ſaluo pacis uinculo excludit, uel quod ſaluo pacis uinculo excludere non poteſt. Equitate improbat firmitate ſuportat hic eſt pacificus. & ab iſto maledito in munis de quo ſcriptura dicit. ue his qui dicunt ꝙ nequā eſt bonū & quod bonum eſt neq̄, omnino liber. prorſus ſecurus. penitus eſt alienus quomodo.n. inquit parmenianus incorruptus poteris permanere, qui corruptis ſociaris. plane ita ſociatur quis malis, ſi mali aliquid cum eis cōmittit, aut committentibus fauet ſi autem neutrum facit nullomodo ſociatur. porro quadam

tertium ut non ſit in uindicando piger. ſed uel corripiat iuſtus in miſericordia, & arguat. uel etiamſi eam perſonam gerit & ratio conſeruande pacis admitit, & coram omnibus peccãtibus arguat ut ceteri timeant, remoueatur etiã uel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipſa comunione ſacramẽtorum, ſed ſi, hec omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi faciat, pleniſſimum, officium non ſolum caſtiſſime innocentie ſed etiam diligentiſſime ſeueritatis, impleuit, ubi autẽ cetera impediuntur, illa duo ſemper retenta in corruptum caſtumq; cuſtodiunt. ut neq; faciat malum, neq; aprobet factum. item contra donatiſtas, Si quis a chatolica eccleſia fuerit ſeperatus, quantum libet laudabiliter ſe uiuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, q a Chriſti unitate ſeiuntus eſt, non habebit uitam. ſed Dei ira manet ſuper eum, quiſquis autem in hac ſanta eccleſia bene uixerit. nil ei preiudicãt aliena peccata, quia in ea unus quiſq; proprium onus portabit, ſicut ait apoſtolus. ergo comunio malorum non maculat aliquem participatiõe ſacramentorum ſed conſeſio factorum, nam ſi in malis factis non eis quiſq; conſentiat portat malus cauſam ſuam, neq; preiudicat alteri, quem in conſenſione mali operis ſocium non habet criminis, item in ſermone de verbis Euengelij. A malis ſemper corde diſiungimini, ad tempus caute corpore copulamini. duobus modis non te maculat malus,

contra excomunicatos

Si ei non conſentias, & ſi redarguas. hoc eſt non comunicare non conſentire, comunicatur quippe quando facto eius conſortium uoluutatis uel aprobationis adiungitur. ne ergo conſentientes ſitis malis ut aprobetis neqꝫ negligentes ut non arguatis, neqꝫ ſuperbientes ut inſultanter arguatis. item ꝙ magnum eſt crimen ab iſtorum innocentiū cōunio ne ſeperari nam etiam facta nocentium, que innocentibus demonſtrari uel ab innocentibus credi non poſſunt non coinquinant quemqꝫ, ſi propter innocentes etiam cognita ſuſtinentur. non.n. propter malos, boni ſunt deferendi ſed propter bonos mali tollerandi ſunt. ſicut tollerauerunt eos prophete contra quos tanta dicebant neqꝫ comunionē illius populi relinquebant ſicut Iheſus nocentem iudam. uſqꝫ ad condignum eius exitum tollerauit & eum ſacram cenam cum innocentibus comunicare permiſſit. ſicut tolleuarunt apoſtoli eos qui propter inuidiam, que ipſius diaboli eſt uitium Chriſtum anuntiabant, item in li. de unico baptiſmo, Forte in populo Dei ſtat iuxta te auarus. raptor inhians rebus alienis. quem noſti talem & fidelis eſt uel potius fidelis uocatur non eum potes de eccleſia pellere, non habes aliquem actum caſtigando & corripiendo illum corrigere. acceſſurus eſt tecū ad altare, noli timere unus quisqꝫ onus ſuum portabit. Item quomodo inquis ferrem quem noſti malum, nonne melius eſt, ut ipſum ferres, ꝙ te foras

eſferres, attende apoſtolum dicentem unusquiſq; onus ſu-
um portabit lib. ret te iſta, ſententia. non. n. communicaris
cum illo auaritiā, ſed communicaris Chriſti menſā. & quid
tibi abeſſet, ſi cum illo communicaris Chriſti menſam. apo-
ſtolus dicit qui. n. manducat & bibit indigne iudicium ſi-
bi manducat & bibit ſibi nō tibi. ſane iudex es, ſi iudicandi
poteſtatem accepiſti. eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſa-
tur ſi ueris documentis teſtibusq; conuinci, ut coherce, cor-
ripe, excomunica, degrada. tres. n. perſonas dixit Domi-
nus & debemus illas inueſtigare in Euangelio. paſtoris
mercenarij & furis. paſtorem dixit animam ſuam pone-
re pro ouibus ſuis, & intrare per ianuam. furem dixit &
latronem aſcendere per aliam partem. mercenarium dixit
lupum uel etiam furem ſi uideat fugere, quia non eſt illi cu-
ra de ouibus mercenarius eſt autem non paſtor. ille in-
trat per ianuam, qui paſtor eſt, ille aſcendit per aliam
partem, qui fur eſt. ille uidens eos, qui uolunt oues tollere
timet & fugit. quia mercenarius eſt neq; illi eſt cura de
ouibus mercenarius. n. eſt, ſi inuenerimus tres iſtas perſo-
nas, inueniemus quos diligamus quos timeamus, quos ca-
ueamus. diligendus eſt paſtor, tollerandus eſt mercenari-
us, cauendus eſt latro. item diſcipuli non recepti a ſamari-
tanis ignem celitus ſuper eos deducere uoluerunt dicentes
magiſtro. uis dicamus ut deſcendat ignis de Celo & con-

ſumat eos, audierunt neſcitis cuius ſpiritus eſtis. item om-
nis qui gladium accipit gladio peribit. hinc & Ibero. ait
qui ſecundum carne natus eſt perſequebatur ſpiritualem
nunq̃ uero ſpiritualis carnalem perſequitur ſed ignoſcit
ei quaſi ruſtico fratri, ſcit eum proficere poſſe per tempus
& ſi quando egiptie filium uiderit iraſcentem. recordabi-
tur unius patris qui boues creauit & culices. & in magna
domo non eſſe ſolum uaſa aurea ſed lignea & fictilia uo-
luit. item Augu. in li, de bap. quantus arrogãtie tumor eſt,
quanta humilitatis & lenitatis obliuio. & arrogantie quãta
iactatio. ut quis ſe poſſe facere credat, quod neq; apoſtolis
conceſſit dominus ut zizaniam a frumento putet ſe diſcer
nere poſſe. item Grego. hec autem uita que inter celum &
infernum ſita eſt ſicut in medio ſubſiſtit ita utrarunq; par
tium ciues comuniter recipit, quos tamen ſancta eccleſia &
indiſcrete ſuſcipit & poſtmodum in egreſſione diſcernit.
ſi ergo boni eſtis. in hac uita q̃diu ſubſiſtitis equanimiter
tollerate malos, nam quiſq; malos nõ tollerat ipſe ſibi per
intollerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Abel. n. eſſe
renuit, quem Caim malitia non exercet. Chriſtus etiam in
euangelio ait, audiſtis quia dictum eſt in lege; que modum
ultionis lege ſtatuit oculum pro oculo, dentẽ pro dente. ego
autem hanc neceſſitudinem tollens & ad manſuetudinem
& charitatis perfectionem uos inuitans dico uobis nolite

reſiſtere in malo. ſed diligite inimicos ueſtros, benefacite
his qui hoderunt uos ut ſitis filij patris ueſtri, qui ſolem
ſuum oriri facit ſuper bonos & malos & pluit ſuper iu
ſtos & iniuſtos. hinc Paulus ait ſi eſurierit inimicus tu-
us ciba illum, ſi ſitit potum da illi. omnis autem iniquus bo
norum eſt inimicus. omnis aũt amicus huius ſeculi etiam
inimicus eſt Dei inimicus autem Dei bonitatis & iuſti-
tie eſt inimicus. ac per hoc amatorem iuſtitie & bonita-
tis diligere non poteſt. cum ergo inimicos diligere uel illis
benefacere cibum & potum ſub miniſtrare iubemur ini-
quis perſequi & illicite punire prohibemur, in lege .n. ue
teris teſtamenti corporalis pena ſtatuta eſt. in lege uero
euãgelij õni peccati per penitẽtiã uenia. promititur unde
illa aſpere incipit dicens ego sũ dñus deus zelotes uiſitãs
peccata patrum in filios uſq; in tertiam & quartam gene
rationem. hec uero aleniate manſuetudinis & miſericordie
ita inquiens beati pauperes ſpiritu beati mites beati mi-
ſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, in il
la dicebatur qui fecerit hoc uel illud morte moriatur. in iſ-
ta dicitur gaudeo ſuper uno peccatore penitentiam agente
q̃ ſuper nonaginta & nouem iuſtis qui non indignent pe
nitentiam. item non ueni uocare iuſtos ſed peccatores ad
penitentiam. ſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſe-
ricors eſt. initium quoq; predicationis ſaluatoris noſtri et

preconis

preconis eiuſdem ad penitentiam peccatores inuitauit. ſic
& uterque exorſus eſt dicens penitentiã agite apropinqua-
bit.n.regnum celorum ſic & in actibus apoſtolorum cum
iudei compũti de ſcelere mortis Chriſti dicerẽt Petro quid
faciemus uiri fratres legitur Petrus reſpondiſſe peniten-
tiam agite & baptizetur unus quiſque ueſtrum & ut uni-
uerſaliter dicatur. in lege populus ille rudis ſeruili timore
penarum cogebatur. unde & legem in pedagogum accepit
in euangelio autem populus gratie libere adultus filiali a-
more hereditatis certitudine ad cultũ diuine ſeruitutis inui
tatur unde cum quidam legem quaſi cohercentem predica-
rent eſſe tenendam ſimul cum gratia: ait apoſtolus non
.n.accepiſtis ſpiritum ſeruitũtis iterum in timore. ſed acce
piſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba
pater. hinc & grego. in expoſitione euangelij. ſimile fa-
ctum eſt regnum celorum homini regi qui facit nuptias
filio ſuo ait, cum in lege ſcriptum ſit diliges amicum tuum
& odio habebis inimicum tuum. acepta tunc licentia iuſtis
fuerat ut dei ſuoſque aduerſarios quãta poſſent uirtute con
primerent eoſque iure gladij ferirent. quod in nouo procul-
dubio teſtamento conpeſcitur cum per ſemetipſam ueri-
tas predicat dicens diligite inimicos ueſtros bene facite his
qui oderũt uos, quid ergo per tauros niſi ueteris teſtamẽti
patres ſignificãtur nã dũ ex permiſſione legis acceperant

quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent. ut ita dicam quid aliud q̃ tauri erant qui inimicos ſuos corporis uirtutis cornu feriebant. quid uero per altilia niſi patres noui teſtamenti figurantur qui dum gratiam interne pinguedinis percipiũt eternis deſiderijs nitentes quaſi cõtemplationis pena ſeſe ad ſublimia ſubleuãtur ex hijs omnibus colligitur q malorum uindicta Deo reſeruanda eſt ſalubri tantum admonitione corripiendi ſunt nõ corporalibus flagellis animaduertendi ſed charitatis beneficio ad correptionem, inuitandi, quando indeliquentes uidelicet diſciplinam exercere nõ poſſumus uel quia non ſunt noſtri, uel quia eorum crimina & ſi nobis nota ſunt tamen manifeſtis indicijs probari non poſunt.. de his qui non ſunt noſtri iuris ait apoſtolus. in prima epiſtola ad corinthios, quid. n. michi attinet de his qui foris ſunt iudicare de his dominus iudicabit. quod Augu. exponẽs ait. infideles non poſſumus Chriſto lucrari ſi colloquium eorum uitamus et conuiuium. unde et dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. hinc etiam cum propheta dicit facit dominus iuditium omnibus iniuriam pacientibus. exponendo addidit ab his qui nõ ſunt ſui iuris in quos nequit diſciplina exerceri, in his uero que intus ſũt. i. in, fidelibus putredo reſecanda eſt modo predicto ſi non ſuficientibus inditijs conſtat ad quod Ambro. ſuper eundẽ. apoſtolum

ſiqu s poteſtatem non habet quem ſcit reum, abijcere uel reprobare non ualet, inmunis eſt, & iudicis non eſt dannare ſine accuſatore ſicut neq; Chriſtus iudam abiecit. ſi uero conſtat ait Augu. cōtra parmeniani epiſtolam. quando cuiuſq; crimen eſt notum & omnibus execrabile appa ret ut uel nullos prorſus uel non tales habeat defenſores per quos poſſit ſciſma contingere non dormiat ſeueritas diſciplinę. ſed omnia hec uidentur inaniter dicta cū ſuperſlua bonis, danandis hec inueniantur eſſe inutilia, predeſtinati. n. ad uitā ſine correptione mutantur ſicut Petrus quē dominus reſpiciens nemine corripiente cōmouit ad lachrimas. preſciti ad mortem inter flagella deteriores fiūt ſicut pharao. unde Augu. Nabuchodonoſor peniā meruit fructuoſam nō ne poſt innumeras impietates flagellatus penituit & regnum quod perdiderat rurſus accepit, pharao. autem ipſis in flagellis durior eſt effectus & periit, hic michi reddat rationem qui diuinum conſilium alto ſapientiaq; corde di iudicat cur medicamētum unius medici manu confectum alij ad interitum alij ualuerit ad ſalutem. niſi quia Chriſti bonus odor alijs eſt odor uitę in uitam alijs eſt odor mortis in mortem quantum ad naturam ambo homines erant quantum ad dignitatem ambo reges. quātum ad cauſam ambo captiuum Dei populū poſſidebant quantum ad penam ambo flagellis clementer admoniti. quid er

go fines eorũ fecit eſſe diuerſos niſi quod unus dei manum ſentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit. alter libero contra Dei miſericordioſiſſimam pietatem & ueritatem pugnauit arbitrio. ad idem. uaſis ire, nunq̃ Deus redderet in interitum ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. quia neq; deus peccanti homini iuſte inferret iram. ſi homo expredeſtinatione dei cecidiſſet in culpam. idem predeſtinationem dei ſiue ad bonum ſiue ad malum in omnibus operari. ineptiſſime dicitur. ut ad utrumq; homines quedam neceſſitas uideatur impellere. cũ in bonis uolũtas ſit intelligenda non eſt ſine gratia. in ma lis autem uoluntas ſine gratia intelligenda eſt, cum uero aliquos adeo aut traditos deſiderijs ſuis. aut ob duratos legimus, aut relictos magis peccatis ſuis. hoc. ipſos meruiſſe profitemur quia talia eorum crimina preceſſerunt. ut ipſi ſibi penam meruerunt q̃ eis etiam ſuplitium uerteretur inreatu. atq; ita neq; de iuditio Dei querimur quo deſerit meritos deſeri. & miſericordie eius gratias agimus qui liberat nos meritos liberari. uires itaq; obedientie non ideo cuiq̃ ſubtraxit quia eum non predeſtinauit. ſed ideo eum non predeſtinauit quia receſurum ab ipſa, obedientia eſſe preuidit. predeſtinatio quoq; dei ſemper in bono eſt que peccatum ſola uoluntate hominis cõmiſſum aut remittendum nouit cum laude miſericordie. aut plectendum cum

*laude iuſtitie. in malis autem, operibus noſtris ſola pacientia Dei. intelligenda eſt quia ſicut preſciuit & predeſtinauit que ipſe fecit et ut faceremus dedit. ita preſciuit tantum non etiam predeſtinauit que neq; ipſe fecit neq; ut faceremus exegit. hi autem de quibus dicitur ex nobis exierunt ſed non fuerũt ex nobis, ſi. n. fuiſſent ex nobis manſiſent utiq; nobiſcum. cum uoluntate exierunt uoluntate ceciderunt & quia preſciti ſunt caſſuri, non ſunt predeſtinati. eſſent autem predeſtinati ſi eſſent reuerſuri & in ſanctitate ac ueritate mãſuri, ac per hoc predeſtintio Dei multis eſt cauſa ſtandi nemini eſt cauſa labendi. non ergo neceſitatem facit correptionis uel obdurationis diuina predeſtinatio ſeu preſciencia cum boni per gratiam corrigantur & libero arbitrio mali pereant. neq;. n. quia predeſtinatio ſeu perſcientia Dei falli non poteſt neceſſario ueniunt que predeſtinantur uel preſciuntur. ſicut neq; neceſſario predeſtinantur uel preſciuntur que futura ſunt ſed quia bona abſq; eius gratia. mala propter eius ſcientiam euenire non poſunt. quãuis ergo conuenienter dicatur. ſi hec predeſtinata ſunt uel preſcita neceſſario euenĩet que predeſtinata ſunt uel preſcita quia hic neceſſitas refertur ad uerum euentum ibi ad intuitum diuine preſcientie. vnde Augu. Due ſunt in quit neceſſitates ſimplex una ueluti neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales, altera cõditionis*

*ut ſi aliquem ambulare quis ſcit cum ambulare neceſſe eſt quod.n.quiſq́ eſſe nouit id, eſſe aliter q̃ notum eſt nequit, ſed hec minime ſecum illam ſimplicem trahit hanc.n. neceſſitatem non propria facit natura ſed conditionis adiectio. nulla.n.neceſſitas cogit incedere uoluntate gradentem q̃ q̃ eum tunc cum gradiatur incedere neceſſarium ſit. eodem igitur modo ſiquis prouidentia preſens uidet, id neceſſe eſt eſſe tamen & ſi nullam nature habeat neceſſitatem. at quidem ea futura que ex libertate arbitrij proueniūt per ſcientiā contuētur. hic igitur ad intuitum relata diuinum neceſſaria fiunt per diſpoſitionem diuine notionis. pro ſe uero conſiderata abſolutam nature ſue libertatem non deſerunt fient igitur proculdubio cunta que futura Deus eſſe prenoſcit. ſed eorum quedam delibero proficiſcuntur arbitrio que quamuis eueniant exiſtendo tamen naturam propriam non amittunt. quam prius q̃ fuerant etiam non euenire potuiſſent. mala ergo noſtra libero aſcribuntur arbitrio. cum alibi & diuine aſcribantur indignationi. unde Grego. cum ſuperna indignatio ſeſe ut ita dixerint medullitus mouet hāc opinio uel, oppoſitio hummana non remouet nec ſe cuilibet utiliter deprecanti obijcit cum ſemel deus aliquid ab in timis iraſcendo diſponit. hinc eſt .n. q̃ Moyſes qui reatum totius plebis apud dominum ſuis precibus terſit, dumq́ ſe obijcem obtulit diuine iracūdie*

*uim placuit. & ad petram oreb ueniens & promiſſionis aque exhibitione diſſidens reprom iſsionis terram ingredi Domino iraſcente non potuit. item Augu. de tiris uero & ſidonis quid aliud poſſumus dicere q̃ non eſſe eis datum deſuper ut crederent quos credituros fuiſse ipſa ueritas docet ſi talia qualia apud nõ credentes facta ſunt uirtutum ſigna uidiſsent quare autem hoc eis negatum fuerit dicant ſi poſsunt qui calumniantur & oſtendant cur apud eos Dominus mirabilia quibus pro futura non erant fecerit, nos etenim ſi ratione facti profunditatem iuditij eius penetrare non poſsumus, manifeſtiſsime tamen ſcimus & uerum eſse quod dixit & iuſtum eſse quod fecit & non ſolum tiros & ſidonios, ſed etiam corozaim & bethſaida potuiſse conuerti & ex infidelibus fideles fieri ſi hoc in eis uoluiſset dominus operari neq;.n. ulli falſum uideri poteſt quod ueritas ait nemo poteſt uenire ad me niſi fuerit ei datum apatre meo. & per prophetam iudaice plebi promiſsit ecce ego ſepiam uias tuas ſpinis et muniam eas lapidibus quadris .i. adimam tibi facultatem peccandi & per pſalmi. de dannandis dixit fient uie illorum tenebre & lubricum & angelus Domini perſequens eos, ſed in hijs omnibus uitia noſtra humane aſcribuntur mentis arbitrio quod diuina clementia in electis miſericorditer uertit ad bonum in dãnandis iuſte relinquit ad malum. ſic er-*

go quamuis certiſsime ſciamus neminem ultra terminum adeo ſibi prefixum eſse uicturum omnibus tamen lãguentibus non incougrue medemur. ſic q̃uis nemo ſaluetur niſi predeſtinatus ad uitam omni tamen delinquenti eſt adhibenda correptio, nõ malorum eſt negligenda diſciplina unde Grego. ſicut non eſt ab oratione ceſsandũ pro eis quos corrigi uolumus etiam ſi nullo hominum orãte pro Petro. Dominus reſpexit eum & fecit eum ſuum flere peccatum ita non eſt negligenda correptio q̃uis Deus quos uoluerit non correptos ſciat eſse correptos tunc autẽ ex correctione proficit homo cum miſeretur deus atq; adiuuat qui facit quem uoluerit etiam ſine correctione proficere. & in dialo. obtineri nequaq̃ poſsunt que predeſtinata non fuerint ſed ea que ſanti uiri orando eficiunt ita predeſtinata ſunt ut precibus obtineantur. nam ipſa quoq; perennis regni predeſtinatio ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita ut ad hoc electi ex labore perueniant quatenus poſtulando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare ad idem Augu. ad boni. ipſa pietas ueritas & charitas nos non permittit contra cecilianum & eorum hominum accipere teſtimonium quos in eccleſia non uidemus cui Dominus perhibet teſtimonium quos. n. diuina teſtimonia nõ ſequntur pondus humani teſtimonij perdiderunt item moleſtus eſt medicus furenti frenetico

& pater

& pater indiſciplinato filio. ille ligãdo. ille cedẽdo ſed ambo diligendo ſi autem illos negligant & per ire permitant iſta potius falſa mãſuetudo eſt crudelitas. item ſi poteſtatem quam propter religionem ac fidem regum. tempore quo debuit diuino munere accepit eccleſia, hij qui inueniuntur in uiis & ſepibus. i. in hereſibus & ſciſmatibus coguntur intrare non quia coguntur reprhendant ſed quare coguntur. attendant, conuiuium domini eſt vnitas corporis Chriſti non ſolum in ſacramento altaris ſed etiam in uinculo pacis. in eodem Theodoſius imperator legem generaliter in omnes hereticos prõulgauit. ut quis quis eorũ Episcopus uel clericus vbilibet eſſet inuentus Epiſcopus uel clericus. x o. libris auri multaretur. itẽ ſi duo aliqui in vna domo ſimul habitarent quã certiſſime ſciremus ruituram nobiſq; id pronuntiantibus nollent credere atq; in eam manere perſiſterent. ſi eos inde poſſumus eruere vel inuitos quibus iminentem illam ruinam predemonſtrauimus ut ulterius reddire ſub eius periculo non auderent puto niſi faceremus crudeles iudicaremur, porro ſi unus illorum nobis diceret. quando intraueritis eruere memetipſum continuo trucidabo alter autem neq; exire quidem inde neq; erui vellet ſed neq; necare ſe auderet, quid eligeremus vtrum ambos ruine oprimendos relinquere an vno ſaltim per noſtram, operam liberare. altero non noſtra culpa ſed

ſua potius interire permitteremus. nemo eſt tā infelix qui non quid fieri in talibus rebus, oporteat faciliſſime iudicet item poſt pauca. q̄ ſi plurimi eſſent in tali domo ruitura & inde unus ſaltim liberari poſſit atq; id cum facere conaremur alij ſemetipſos precipitio necarēt. doleremur de ceteris uerum de unius ſaltim ſalute conſolaremur. non tamen ne ſe ipſos alij perderent perire vniuerſos nullo liberato permitteremus. quid igitur de opere miſericordie quod pro eterna vita adipiſcenda & pena eterna euitanda hominibus debemus impendere iudicandum eſt. ſi pro ſalute iſta non ſolum temporali ſed etiam breui & ad tempus exiguum, liberanda ſic nos ſubuenire hominibus ratio vera et benigna compellit. item ſi inquiunt donatiſte, oportet ut & nos extra eccleſiam et aduerſus eccleſiam fuiſſe peniteat ut ſalui eſſe poſſimus, quomodo poſt iſtam penitentiam apud vos Clerici vel etiam Epiſcopi permaneremus. hoc non fieret quoniam re vera quod fatendum eſt. fieri non debet vbi pauci ipſa conpenſatione ſanarentur. ſed ſibi hoc dicam & multum humiliter doleant qui in tanta morte preciſſionis iacent. ut iſto quodā vulnere matris eccleſie chatolice reuiuiſcāt. cum. n. preciſſus ramus inſeritur fit aliud vulnus in arbore quo poſſit recipi vt viuat qui ſine uita radicis peribat ſed cum receptus recipiēti caluerit ille quidē areſcit ſed uita arboris permanebit eſt. n.

& tale inſerendi genus vt nullo preciſſo ramo qui intus eſt ille qui foris eſt inſeratur non tamen ullo ſed vel nouiſſimo vulnere arboris, ita etiam & iſti cum ad radicem chatolicam ueniunt neq; eis poſtq̄ uix erroris ſui penitet honor clericatus aut Epiſcopatus aufertur ſiquidē fit aliquid tanq̄ incortice arboris matris contra integritatem ſe ueritatis. uerumtamē quia neq; qui plātat eſt aliquid neq; qui rigat. ad Dei miſericordiam precibus fuſſis caleſcente ſuorum pace ramorum charitas coperit multitudinem peccatorum. verum in huiuſmodi cauſis ubi per graues diſenſionum ſciſſuras. nō huius aut illius hominis eſt periculum ſed plurimorum ſtrages iacet detrahendum eſt aliquid ſe ueritati ut maioribus malis ſanandis ſincera charitas ſubueniat, habeāt ergo. de preterito deteſtabili errore ſicut Petrus habuit de mendatij timore amarum dolorem. & ueniant ad eccleſiam Chriſti veram i. chatolicam matrem. ſint in illa cleſia ſint Epiſcopi vtiliter qui cōtra eam fuerunt hoſtiliter nō inuidemus immo amplectimur hortamur optamus & quos in uijs aut in ſepibus inuenimus intrare cogimus & ſic non dum quibusdam perſuademus quia non res eorum ſed ipſos querimus. idem, Fauſto, quid faciet eccleſie medicina ad ſalutem materna charitate conquerens tanq̄ inter frenticos et litargicos ſtuans, nunquid contepnere nunquid deſiſtere uel debet uel poteſt utriſq;

ſi neceſſe eſt vt ſit moleſta que neutris eſt inimica nem & freneticı nolunt ligari & litargici nolunt excitari. ſed perſeuerat diligentia charitatis freneticũ ligare litargicum ſtimulare ambos amare. ambo oſenduntur ſed ambo diliguntur. ambo moloſtari ꝗdiu egri ſunt indignãtur ſed ambo ſanari gratulantur, Ecce ꝙ crimina ſunt punienda quãdo ſalua pace fieri poteſt in quo tamen diſcreptio adhibenda eſt. ſed quando ſalua pace mala puniri non poſunt tolleranda ſunt potius ꝗ uiolata pace puniẽda ait.n.et Aug. quidam cum malorum bonorumqꝫ comixtionem in eccleſia demonſtratam uel predicatam eſſe proſpexerint & patientie precepta didicerint que nos firmiſſimos redunt ut etiam ſi uideatur in eccleſia zizania tamen non impediatur fides aut charitas noſtra & quoniam zizaniam in eccleſia eſſe cernimus nõ ideo ipſi de eccleſia recedamus. deſtituendam putant eccleſie diſciplinam quamdam peruerſiſſimam ſecuritatẽ prepoſitis tribuẽtes ut ad nos non pertineat niſi dicere quid cauendum ſit quid ue faciendum ſit quomodolibet aũt quiſqꝫ faciat nõ curare, nos uero ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur uarijſqꝫ teſtimonijs uitam ſententiamqꝫ moderari. vt & canes in eccleſia propter pacem eccleſie telleremus & canibus ſantum ubi eſt pax eccleſie tuta non demus. cũ uero per neglientiam prepoſitorum ſiue per aliam in excuſabilem neceſſitatẽ ſiu:

per occultas ſub retiones inuenimus in eccleſia malos quos in eccleſiaſtica diſciplina corrigere aut cohercere non poſſumus tunc ne aſcendat in cor noſtrum impia & pernitioſa preſumptio quas timemus: nos ab hijs eſſe ſeparandos ut peccatis eorum non coinquinemur atq ita poſt nos trahere conemur ueluti mundos ſantoſq diſcipulos ab unitatis compage quaſi a malorum coniuntione ſegregandos. veniant in mentem ille de ſcripturis ſimilitudines & diuina oracula uel certiſſima exempla quibus demoſtratum & pronuntiatum eſt, malos in eccleſia bonis permixtos uſq ad finem ſeculi tempuſq iuditij futuri tollerandos, nihilq bonis in vnitate ac participatione ſacramētorum qui eorum factis non conſenſerint ob futuros, cū uero eis per quos eccleſia regitur adeſt pace ſalua poteſtas diſcipline aduerſus improbos aut nepharios exercende tunc rurſus neq ſecordia neq ſeuitia dormiamus ſed aculeis preceptorum que ad ſeueritatē cohertionis pertinent excitandi ſumus vt egreſſus noſtros in uia Domini ex utriſq teſtimonijs illo duce atq adiuttore dirigente neq patientie nomine torpeſcamus neq obtentu diligentie ſeuiamus, ad idem contra Epi. parme. cum quiſq fratrum & Chriſtianorum intus in eccleſie ſotietate conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprhēſus ut ana thema dignus habeatur fiat hoc ubi periculum ſciſmatis nullum eſt, item te delinquentium

multitudo diu per ptientiam eſt expectanda unde non eſt inferenda ſententia quando multitudo eſt in culpa uel quando ille peccat qui ſociam habet multitudinem iuxta e undem ibi ſic dicentem non poteſt eſſe ſalubris amultis correptio, niſi cum ille corripitur qui non habet ſotiā multitudinem cum uero idem morbus plurimos, occupauerit nihil aliud bonis reſtat quam dolor & gemitus. vt per illud ſignum quod Ezechieli ſanto reuelatur illeſi euadere ab eorum uaſtatione mereātur et infra, reuera cum contagio peccandi multitudinem inuaſerit diuine diſcipline ſeuera miſericordia neceſſaria eſt, nam conſilia ſeparationis & innania ſunt & pernitioſa atq; ſacrilega quia impia & ſuperba ſunt & plus perturbant infirmos bonos q̄ corrigant animoſos malos, turba autem iniquorum cum facultas eſt in populis promendi ſermonem generali obiurgatio ne ferienda eſt. & maxime ſi occaſionem atq; oportunitatem prebuerit aliquod flagellum deſuper domini quo eos apparcant pro ſuis meritis vapulari, aliquando uero in paucis eſt punienda culpa, vt ſupra. ut eorum exemplo ceteri terreantur & ad penitentiam prouocentur. vnde Paulus dum a ſuo contemptu pia admonitione & multi modo ſua comendatione corinthos reuocaret magnum illum eliman qui crediturosa fide retrahebat cecitate percuſſit ut ceteri perterriti predicationi eius non impedirēt ſed in

Chriſtum credentes anime cecitatem efugerent, quod & Moyſes exemplo docuit qui peccatum idolatrie in paucos cultores ituli, uindicauit, morte paucorum expiãs peccata multorum impreſens terrens in poſterum diſciplinam ſantiens, ſic & ipſe Chriſtus peccata totius populi morte paucorum puniuit dum pro fornicatione totius populi, vna die. 33. milia perierunt ſic & pro peccato murmurationis uel tentationis nonnulli puniti ſunt ut eorũ exemplo ceteri ad penitentiam cogerentur ſic et quotidie nõnullos punit Deus ut diuina prouidentia etiam circa humana uigilare cognoſcatur. & nonnullos etiam per longa tempora ad penietntiam expetat ut patientiam ſue benignitatis oſtendat ſicut etiam. Helias culturam Baal uindicauit. Sacerdotes & Prophetas eius interficiens morte paucorum expians peccata imitantium populorum. hinc cum diſcipuli celeſti igne ſamaritanos uellent conſumere prohibiti ſunt & ſamaritani ad penitentiam ſunt expectati. ut Chriſto predicante cõuerterentur ad fidẽ. vnde Ambro. ait quod Chriſtus diſcipulos ſuos increpauit quia ignem de celo ſuper eos deſcendere geſtiebant qui ipſum non receperunt oſtendit nobis non ſemper in eos qui peccãt uindicandum eſſe quia nonnũꝗ amplius prodeſt clementia tibi ad penitentiam quam lapſo ad correptionem. deniꝗ ſamaritani citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arcetur.

neq; diſcipuli peccant, qui legem ſequntur, ſciebant.n. & fines reputatum ad iuſtitiam q ſacrilegos interimerat & ad preces Helie ignem deſcendiſſe de celo. poteſt & in hac probibitione apoſtolorum aliud intelligi. apoſtoli non zelo iuſtitie ſed amaritudinis odio ob iniuriam ſue expulſionis uindicandam ſamaritanos igne conſumere uoluerũt Dominus autem uolens eos iniuriã proprie perſone cum patientia & gaudio tollerare, iniuriam uero ſeruitutis diuine non in ultam relinquere ait neſcitis cuius Spiritus eſtis. hinc etiam Petrus qui cũ alijs audierat. beati eritis cum male dixerint uobis homines & dixerint omne malũ aduerſum uos gaudete in illa die & exultate quoniam merces ueſtra copioſa eſt in celis contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſcipiebat peccata uero que in Deum comitebãtur acerrime puniebat unde annaniam & ſapbiram Spiritui ſanto mentientes mortis ſententiam protulit ſic etiã Paulus corrinthum illum fornicatorem quia in Deum peccauerat ſathane ad uexandum tradidit, hinc & Grego. ſcribit Ianuario Epiſcopo reprehendens cũ quod ob iniuriam proprie perſone quendam excomunicauerat dicens. inter querelas multiplices Iſidorus uir chariſſimus a fraternitate tua fruſtaſe excomunicatũ anathematizatũq; conqueſtus eſt. quod, quam obrem factum fuerit dum a clerĩco tuo qui preſes erat uoluiſſemus addicere pro nulla alia

cauſa

*cauſa niſi pro eo ꝙ te iniuriauerat factum innotuit que res nõs uehementer aſflixit, quod ſi ita eſt nil te cogitare de celeſtibus oſtendis; ſed terrenam te habere conuerſationem ſignificas; idem, in homelijs ſi is qui prelatus eſt debitori Domino et culpas impugne dimitit nõ mediocriter profecto; offendit qui debita celeſtis regis, & Domini ſua preſumptione reſoluit, ea namq; que in nobis comituntur facile poſſunt dimitere. ea uero que in deum comiſſa ſunt magna cum diſcretione nec ſine penitentia poſſumus relaxare. culpa uero ſemel dimiſſa recidiuo dolore iterum ad animũ reuocari non debet. vnde Gelaſius geruntie Ioãni germano & Petro Epiſcopis. ſi illic vbi hec acta ſunt preſentibus utriſq; conſtiterit & ſatisfeciſſe Stephanum et ſuplicatione ſuſcepta eũm qui male tractatus eſt ignouiſſe ſemel in oblatione remiſſa punitio recidiuo dolore non oportet iterari. ſecundum imitationem diuine clemẽtie que dimiſſa peccata in ultionem reddire non patitur. ſin uero nichil uel de ſatisfatione probabitur uel de remiſſiõe tranſatum dilectionis ueſtre ſermone monſtretur quatenus ſiue nũc ſaltim poterit competẽti ſatisfatiõe preuenire illud potius exerceatur ubi animum ſanari poſſit aflitti. ſiue irremiſſibilis preſtat acerbitas ibi nichilominus uindicetur vbi plectibilis orta eſt preſumptio. illud uero Hehe tunc intelligitur factum quando Acab, rex Iſrael poſt ſterili-*

tatem illam trium annorum et ſex menſium que facta eſt quando precibus Helie clauſum eſt celum annis tribus & menſibus ſex quo facto non cuius meriti apud Deum eſſet voluit cōcedere ſed quod ille eſſet uerus Deus quem colebat non ille ad cuius culturam ſtrupo proprij corporis. Izabel nonnullos prouocabat euidentiſſimis inditijs monſtrare curauit. iniuria ergo Prophete nō alia ꝙ iniuria domini ipſius intelligitur que in paucis uindicata eſt vt ceteri terreantur, precepta uero euangelica de dilectione inimicorum & miſericordia impendenda proximis exhortationes quoqꝫ Apoſtoli decibandis uel potandis inimicis non catenus intelligēda ſunt ut peccandi relaxetur impunitas ſed ut delinquenti correctio & nature miniſtretur ſubſidium donec per ſentētiam iudicis adempta ſpe correptionis malorum tollatur exercitium. in hoc ergo iubemur, diligere inimicos & miſereri eorum. ut de eorum perditione doleamus eorumqꝫ ſalutem deſideremus pro eorum correctione quotidie laboremus & oremus. penitentibus ſolatia impendamus alter alterius onera portantes. non vt pertinaces & in malo perſiſtentes impunitati donemus, ſicut. n. erga penitentes nō ſeueri ſed miſericordes eſſe monemur iuxta illud. nolli eſſe nimis iuſtus. quia eſt nimis iuſtus qui perijt iniuſtita ſua. & iterum iuditium ſine miſericordia erit ei qui non fecit miſericordiam, et illud Apo-

ſtoli in.2.epiſtola.ad corin,cui aliquid donatis & ego nam
ego ſi quid donaui propter uos donaui ac ſi ipſe Chriſtus
donaret ut non circum ueniamur a Sathan.non.n.ignora-
mus cogitationes eius qui quos nequit conſentiendo decipe-
re facit nimis aſperos ſicut inꝙ penitentibus vt dictū eſt
miſericordes eſſe iubemur.ſic in penitentibus & obſtina
tis in malo miſericordiam impendere prohibemur. vnde
Ambro.in li.i.de offi.eſt iniuſta miſericordia. deniq; in
lege ſcriptum eſt de quodam non miſereberis illius. & in
li.regum legitur.quia Saul contraxit, offenſam ꝙ miſe-
ratus eſt Agag.hoſtium regem quem prohibuerat diuina
ſententia ſeruari.itaq; ſiquis latronem filijs deprecantibus
motus & lachrimis coniugis eius inflexus abſoluendum
putat cum ad huc latrocinādi aſpiret affectus. nōne inno
centes tradet exitio qui liberat multorum exitia cogitātem
certe ſi gladium reprimit uincula diſſoluit laxat exilium.
cur latrocinandi qua poteſt clementiori uia non eripit fa-
cultatem qui uoluntatem extorquere non potuit? deinde.
inter duos accuſatorem & reum pari periculo de capite cer
tantes.a laterum ſi non probaſſet.alterum ab accuſatore
conuictus ſi non quod iuſtitie eſt iudex exequatur ſed mi-
ſeretur alterius aut dannabit probantem aut dum accuſa-
tori fauet ꝙ probari non poſſit adijcit & innoxium.non
poteſt igitur hec dici iuſta miſericordia in ipſa eccleſia ubi

maxime quis miſereri debet teneri q̃ maxime debet for-
ma iuſtitie, ne quis a conſortio comunionis uel criminatio
nis abſtratus breui lacrimula atq; ad tempus perata uel
etiam uberioribus flettibus comunionem q̃ plurimis debet
poſtulare temporibus. a facilitate preſidentis extorqueat:
nonne etiam cum uni indulget indigno ad prolapſionis cō-
tagium prouocat uniuerſos. facilitas. n. ueniẽ in centiuum
tribuit delinquendi, porro illud quo negatur eccleſiam ali-
quem perſequi non ita intelligendum eſt ut generaliter ec-
cleſia nullum perſequatur. ſed q̃ nullum iniuſte perſequa
tur non. n. perſecutio culpabilis eſt ſed rationabiliter here
ticos perſequimur ſicut & Chriſtus corporaliter perſe-
cutus eſt eos quos de templo expulit unde Augu. ſuper
Ioa. quando vult deus concitare aliquam poteſtatẽ aduer-
ſus hereticos aduerſus ſciſmaticos aduerſus diſſipatores
eccleſie aduerſus exuflatores Chriſti aduerſus blaſphe-
matores Chriſti. blasfemi non mirentur quia Deus conci-
tat. ut a ſara. uerberetur agar. cognoſcat ſe agar ſupponat
ceruicem que. cum humiliata diſcederet ad naturã ſuã oc-
currit ei angelus & dixit. quid tibi eſt agar ancilla ſare: cũ
conqueſta eſſet de domina quid. audiuit ab angello: reuer-
tere ad dominam tuam, ad hoc ergo affligitur ut reuertatur
atq; utinam reuertatur, quia proles eius ſicut proles Iacob
cum fratribus hereditatem tenebit. mirantur. autem quia

commouentur poteſtates Chriſtianę contra diſſipatores eccleſie deteſtandos. ſi non commouerentur quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo, intendat charitas ueſtra quid dicã. quia hoc pertinet ad reges ſeculi ſilicet chriſtianos ut temporibus ſuis pacatam uelint matrem ſuam eccleſiam habere, unde ſpiritualiter nati ſunt. & Paulo poſt. nabuchodonoſor rex decreuit dicens quicunq; dixerint blaſqhemiam, in Deum Sidrach Miſac & Abdenago in interitu erunt & domus eorum indeſperſione. ecce quomodo rex alienigena ſeuit ne blaſphemetur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de ignẽ liberari, & nolunt ut ſeuiant reges Chriſtiani quia Chriſtus exuflatur a quo non tres pueri ſed totus orbis terrarum cum ipſis regibus agehennarum igne liberantur quomodo ergo iſti reges non moueantur qui non tanto tres pueros attendunt liberatos de flama ſed ſe ipſos de flama gehenne. quãdo uidẽt Chriſtũ a quo liberati ſunt exuflari in Chriſtianis? quando audiunt dici Chriſtiano dic. te. non eſſe Chriſtianum. talia facere uolũt ſed talia pati nolunt. nam uidete qualia faciunt & qualia patiũtur occidunt animas. afliguntur in corpore. ſempiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti, conquerunt. item qui peccat non peccat legis auctoritate ſed contra legis auctoritatem quia uero interrogas quę ſit ratio perſequendi uiciſſim, te interrogo cuius ſit uox in pſal. dicentis

detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. quęre itaq; cauſam & modum perſecutionis & noli tanta imperitia malorum generaliter perſecutiones reprehendere. non. n. perſequimur uos niſi quemadmodū ueritas perſequitur falſitatem. item petilianus dixit, ſi Apoſtoli perſecuti ſunt aliquem. aut aliquē traddidit Chriſtus, reſpondit Augu. poſſem quidem. dicere ipſum ſathanam. omnibus malis hominibus eſſe peiorem. cui tamen traddidit Apoſtolus hominem in interitu carnis ut ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ihcſu Chriſti ūē. alios de quibus dicit quos tradidi ſathane ut diſcant non blaſphemare. & Dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores. ubi etiam connexum eſt teſtimonium ſcripture dicentis zelus domus tue comedit me. ecce inuenimus Apoſtolum traditorem Chriſtum perſecutorem. quare per uiolentiſſimas turbas etiam ultro improbi eſtis eccleſiis chatolicis. ubi poteritis aduertere quod innumerabilibus exēplis res ipſa indicat. ſed dicitis uos loca ueſtra defendere. & reſiſtitis fuſtibus & cedibus quibuſcunq; poteſtis. quare non audiſtis ibi uocem Domini dicentis. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo aut ſi fieri poteſt ut aliquando recte per uim corporalē reſiſtatur uiolentie. nec ideo preceptum uioletur quod audiuimus a Domino. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo. cur non etiam hoc fieri poteſt:

ut per legitimas & ordinatas poteſtates de ſedibus que illicite uſurpantur. uel ad iniuriam Dei retinētur pius expellat impium iuſtus iniuſtum: neq;. n. comodo perſecutionem paſſi ſunt pſeudo prophete ab Helia quomodo ipſe Helias a rege nequiſſimo. aut quia flagellatus eſt Dominus a perſecutoribus paſſionibus eius comparandi ſunt quos ipſe de templo flagellatus eiecit. reſtat ergo ut nichil aliud requirēdum eſſe fateamini. niſi utrū iuſte an impie feceritis. non mireīni ſi non deſunt miniſtri Deo per quos flagellamini, quia perſecutionem patimini non a nobis ſed ſicut ſcriptum eſt ab ipſis factis ueſtris. de perſecutione ueſtra querela ſedabitur ſi cogitetis prius & intelligatis non omnem perſecutionem eſſe culpabilem. alioquin uero non laudabiliter diceretur detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. nam quotidie uidemus & filium de patre tanq̄ de perſecutore ſuo conqueri & coniugem de marito & ſeruum de domino & colonum de poſſeſore & reum de iudice & militem uel prouincialem de duce uel rege cum illi plerumq; ordinatiſſima poteſtate homines ſibi ſubditos per terrores leuium penarum a grauioribus malis prohibeant atq; conpeſcant. plerumq; autem a bona uita. & bonis factis minando & ſeuiendo deterrent ſed cum a malo & illicito prohibent correptores & conſultores ſunt. cum autem a bono & licito perſecutores &

opreſſores ſunt. ſed culpantur etiam qui prohibent a malo ſi modum peccati modus correptionis excedat. idem. in epiſtola ad uincen. non inuenitur exẽplum in Euãgelicis & Apoſtolicis litteris, aliquid petitum a regibus terre pro eccleſia contra inimicos eccleſie, quis negat non inueniri: ſed non dum implebatur illa prophetia. & nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. & adhuc. n. implebatur illud quod in eod. pſal. Paulo ſuperius dicitur quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania aſtiterunt reges terre & principes conuenerunt in unum, verũtamen ſi facta preterita in propheticis libris figure fuerunt futurorũ in rege illo qui apellabatur Nabuchodonoſor tempus prefiguratum eſt & quod ſub Apoſtolis habuit & quod nunc habet eccleſia, temporibus itaq; Apoſtolorũ et Martirũ tẽpore illud implebatur quod figuratum eſt quando rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulacrum & recuſantes mittebat in ignem. nunc illud impletur quod Paulo poſt in eodem rege prefiguratum eſt cum conuerſus ad adorandum Deum uerum decreuit in regno ſuo ut quicunq; blaſphmaret Deũ Sidrach. Miſach, & Abdenago, penis debitis ſubiaceret. prius ergo tempus illius regis ſignificabat priora tempora infidelium regum quo patiebantur Chriſtiani pro impiis, poſterius uero tempus, eiusdem regis ſignificabat tẽpora regum

fidelium

 

*fideliū quo patiūtur impii pro Chriſtianis. porro ſi propterea perſecutor non fuit Nabuchodonoſor quia ſcelus. in ſantum Danielem comiſſum uindicauit iuſtiſſime. quomodo uindicandum eſt a regibus ꝙ Chriſti ſacramenta exuflantur ſi prophete membra quia in periculo miſſa ſūt ſic uindicari meruerunt. ſed plane in eis qui ſub nōine Chriſti erant ſeducti a peruerſis ne forte oues Chriſti ſint errantes & ad gregem aliarum reuocande ſint. & temperata ſeueritas & magis manſuetudo ſeruatur ut cohertione exiliorū atq; dannorū admoneantur conſiderare quid quare patiantur & diſcam preponere rumoribus & calumniis hominum ſcripturas quas legunt. quis. n. ueſtrum non laudat leges ab Imperatoribus datas aduerſus ſacrificia paganorum & certe longe ibi pena ſeuerior conſtituta eſt illius quippe impietatis capitale ſuplitium conſtitutum eſt. de uobis autem corripiendis atq; cohercendis habita ratio eſt qua potius admonemini ab errore diſcedere ꝙ pro ſcelere puniremini. & ad Bonifatium comitem. ſi eccleſia uera eſt ipſa eſt que perſecutionem patitur non que fecit. queratur ab Apoſtolo quam eccleam ſignificabat ſara quando perſecutionem faciebat ancille. liberam quippe matrem ueram celeſtem. Ieruſalem. i. ueram dei eccleſiam in illam mulierē dicit eſſe figuratam que affligebat ancillam. ſi autem melius diſcutiamus magis illa perſequaba*

tur ſaram ſuperbiendo ꝙ ſara illam cohercendo illa.n. domine faciebat iniuriã. iſta imponebat ſuperbe diſciplinam de inde quero ſi boni & ſanti uiri nemini faciunt perſecutionem ſed tantũmodo patiuntur cuius putant in pſal. uocem eſſe. ubi legitur perſequar inimicos meos et cõprehendan illos & non conuertar donec deficiant ergo ſi uerum eſt dicere uel agnoſcere uolumus eſt perſecutio iniuſta quam faciunt eccleſie Chriſti impii. iſta namq; beata eſt que perſecutionem patitur propter iuſtitiam ille uero miſeri qui perſecutionem patiũtur propter iniuſtitiam, proinde iſta perſequitur diligendo illa ſeuiendo, iſta ut corrigat illa ut euertat iſta ut reuocet ab errorem illa ut precipitet in errore unde pelagius nõ uos hominum uani loquaretardent dicẽtium quia perſecutionẽ eccleſia faciat. dum uel ea que comituntur reprimit uel animarum ſalute requirit. errant huiuſmodi rumorũ fabulatores. nõ perſequitur niſi qui ad malum cogit. qui uero mala uel ſi facta iam punit uel prohibet ne fiant. non perſequitur iſte ſed diligit. nam ſi ut ille putãt nemo reprehendendus eſt a malo neq; retrahendus amalo ad bonum humanas & diuinas leges neceſſe eſt euacuari que & malis penam. & bonis premia iuſtitia ſuadente conſtituunt. item Augu. quod autem dicunt qui contra ſuas impietates leges iuſtas conſtitui nolunt non petiſſe a regibus terre Apoſtolos talia. non conſi

derant aliud fuiſſe tunc temporis. & omnia ſuis conueni re temporibus. quis.n.tunc in Chriſtum crediderat imperator? quis.n.pro pietate contra impietatem leges ferendo ſe uiret. tunc.n.ſicut dictum eſt ad huc illud. propheticum implebatur quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt innania aſtiterunt reges terre & principes conuenerunt in unum, aduerſus Dominū & aduerſus Chriſtum eius non dum.n. agebatur quod Paulo poſt in eodē pſal. dicitur & nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram ſeruite Domino in timore exultate ei cum tremore quomodo ergo reges domino ſeruiunt in timore niſi ea que contra Domini iuſſa fuerint. religioſa ſeueritate prohibēdo atq; plettēdo aliter.n. ſeruit quia homo eſt aliter etiam quia rex eſt. quia homo eſt ſeruit uiuendo fideliter, quia rex eſt ſeruit leges iuſta precipientes & conraria prohibentes conuenienti uigore ſantiendo. unde Grego. gēna. patritio. ſicut excellētiam ueſtram ex hoſtilibus bellis in hac uita, Dominus uitoriarum fecit luce fulgere ita oportet inimicis ecclſie eius omni uiuacitate mentis & corporis obuiare. quatenus eius ex utroq; triumpho magis ac magis eniteſcat, opinio, cum & forenſibus bellis aduerſariis chatolice eccleſie pro Chriſtiano populo uehemēter obſiſtitis & eccleſiaſticā prelia ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis. noiū eſt.n. heretice religionis uiros. ſi eis quod ab

ſit ſuppetit nocendi licentia. contra chatolicam fidem uehe
menter inſurgere, quatenus hereſeos ſue uenena adtabi fa-
cienda ſi ualuerint Chriſtiani corporis membra transfun
dant. cognouimus. n. eos cōtra chatolicam eccleſiam Domi
no eis aduerſante colla ſubrigere & fidem uelle Chriſtia
ni nominis inclinare. ſed eminentia ueſtra conatus eorum
comprimat & ſuperbas eorum ceruices iugo. rectitudi-
nis primat concilium uero chatolicorum Epiſcoporum ad
monere percipite ut primatem nō ex ordine loci poſt poſi
tis uite meritis faciat quoniam apud Deum non gradus
elegantior ſed uite melioris actio comprobatur, ipſe vero
primas non paſſim ſicut moris eſt per uillas. ſed in vna
iuxta illorum electionem ciuitate reſideat quatenus adep
te dignitatis maioris. ingenio. reſiſtendi donatiſtis poſſibi
litas diſponatur ex concilio uero numidie ſiqui deſiderant
ad Apoſtolicam ſedem uenire permittite. & ſiquilibet eo-
rum uie cōtradicere uoluerint uel putauerint obuiare. ma
gis igitur profecto excellentia ueſtra apud creatorem glo-
ria proficit ſi per eam diſperſarum eccleſiarum potuerit
ſotietas reſtaurari, cum. n. largita munera ad nominis ſui
gloriā conſpicit reuocari tanto largiora tribuit quāto per
ea religionis ſue dignitatem uiderit ampliari. perſoluentes
propterea paterne charitatis affectum, Dominū petimus
quo brachium ueſtrum ad comprimendos hoſtes forte effi

ciat & mētem eius fidei zelo uelut mucrōne gladii uibrantis exacuat· ſi.n.ex fidei merito & Chriſtiane religionis gratia tanta excellentie ueſtre. bellicorum attuum proſperitas eueniret non miranda fuerat cum ſciamus hec etiam antiquis bellorum Ducibus fuiſſe conceſſa. ſed cum futuras Deo largiente uictorias non carnali prouidētia ſed magis oratiōibus preuenitis. fit ut hoc in ſtupore ueniat q̄ gloria ueſtra non terreno conſilio ſed Deo deſuper largiente, deſcendat ubi.n. meritorum ueſtrorum loquax non diſcurrit, opinio que bella uos frequēter appetere non deſiderio eſundendi ſanguinis ſed tātum dilatande cauſa rei.pu. qua Deum colli proſpicimus. loquitur. quatenus Chriſti nomen per ſubditas gentes circum quaq; diſcurreret. ſicut.n. exteriora uos uirtutum, opera eminentes in hac uita conſtituunt. ita & in terna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram uitam celeſtium gaudiorum participatione glorificant. plurima .n. pro paſcendis ouibus beati Petri apoſtolorum principis utilitatibus excellentiam ueſtram preſtitiſſe didicimus. ita ut non parua loca patrimonij eius propriis nudata cultoribus largitis dacorum habitatoribus reſtauraſſet quecunq; igitur illic Chriſtianis ſimamente conſertis horum retributionem per ſpem in futuro iuditio ſuſtinetis, hinc Yſidorus principes ſeculi nonnunq; intra eccleſiam poteſtatis adepte culmina tenent ut

per candem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muni-
ant ceterum intra eccleſiam poteſtates neceſſarie non eſ-
ſent. niſi ut quod non preualent ſacerdotes efficere per do
ctrine ſermonē. poteſtas hoc impetret per diſcipline ter-
rorem. Sepe per regnum terrenum celeſte regnum profi-
cit. ut qui intra ecclſiam poſiti contra fidem & diſciplinam
agunt rigore principum conterantur. ipſamq; diſciplinam
quam utilitas eccleſie exercere non preualet ceruicibus ſu-
perborum poteſtas principalis imponat &c. ut ueneratio
nem mereatur uirtutem poteſtatis impartitur. cognoſcant
principes ſeculi deo ſe deber' redditturos eſſe rationē prop
ter ecclſiam quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt nam ſiue
augeatur pax & diſciplina eccleſie per fideles principes
ſiue ſoluatur ille ab eis rationem exigit qui eorum poteſta
ti ſuam eccleſiam tradidit unde. exconci. turo. inceſtuoſi
parricide homicide multi apud uos reperiutur ſed aliqui
ex illis ſecerdotum nolunt admonitionibus aurem acomo-
dare uolentes in priſtinis per durare criminibus, quos, o-
portet per ſecularis potentie diſciplinam a tam praua con
ſuetudine coherceri. qui per ſalutifera ſacerdotum monita
noluerunt reuerti. item Leo. Papa. res autem omnes aliter
tute eſſe non poſſunt niſi que ad diuinam pertinent con-
feſſionem & regia & ſacerdotalis defendat auctoritas
hinc &c. Augu. contra petilia. ſi uos contra eccleſiā Chri

ſti altaria erexiſſe & a Chriſtiana unitate que toto orbe diffunditur. ſacrilego ſciſmate ſeparatos eſſe & corpori Chriſti quod eſt eccleſia toto orbe diffuſa rebaptizando et blaſphemando & quantū poteſtis aduerſarios expugnando ſanta & canonica ſcriptura conuincit. uos impij atq; ſacrilegi eſtis illi autem qui uos pro tanto ſcelere tan leniter dannorum admonitionibus uel locorum uel honorū uel pecunie priuatione deterrendos cohercendosq; diſcernūt ut cogitantes quare iſta patiamini ſacrilegium ueſtrum cognitum fugiatis, & ab eterna dannatione liberemini. diligentiſſimi rectores & piiſſimi conſultores deputantur. unde & Gelaſius. Papa. narſe patritio. diuine & humane leges ſtatuerunt ut ab eccleſie unitate diuiſi & eius pace nequiſſime perturbātes facientes ſciſuras in ſanta eccleſia non ſolum exiliis ſed etiam proſcritione rerum & dura cuſtodia a ſecularibus poteſtatibus cōprimantur. neq; quiſq̄ magis eſt unde deo ſacrificium poſitis oferre q̄ ſi id ordinetis ut hij qui in ſuam & aliorum pernitiem debacchantur competenti debeant uigore compeſci. item Gelaſius. Papa. relegentes literas excellentie. ueſtre de iniuria quidem quā uobis iniquorum hominū preſumptio ingeſſit ualde doluimus. ſed quia ſcimus occulto Dei iuditio animā ueſtram & ſi per aliorum iniquitatem & ſuperbiam a contaminatione ſciſmatis cuſtoditam agimus omnipotenti

Deo gratias qui de malis hominum actibus bona, operari conſueuit. nec. n. ſine illius prouidentia factū eſſe credendum eſt, ut inſenſati & peruerſiſſimi homines uſq; ad hoc proſilirent ut ſuam diuiſſionem chatolicam eſſe credentes ecclesiam a ſua uos pollutione prohibirent. ſic. n. per miſericordiam Dei et neſcientibus illis hoc factum eſt, ut a ciſmaticorum comunione eruti chatolice quam diligitis ſeruari uos contigisſet ecclesie, q̄uis igitur ueſtra per illorum ſcelus facta ſit utilitas, nolite tamen impunitam. preſumptionem iniquorum hominum craſſari permitere. ſi. n. hoc quod in ueſtram gloriam preſumpſerunt non fuerit uindicta compreſum. q in omnibus minoribus amplius non ualeat puniri ambigi ultra non debet, exercer igitur in talibus debitam auctoritatem. & ne eis amplius talia permittendi ſpes creſcat. ueſtris cohertionibus reprimantur. ad hoc ſi quidem Dei nuptu etiam cōtra uos talia preſumpſerunt. ut talia uobis corrigentibus ab eodem poſſetis ſcelere alios Deo propitiante munnire quales autem ſunt qui ecclesiam fugiunt. eufraſii uos ſcelera que amplius occulta deus eſſe noluit euidenter informant qui in homicidio quidem nec hōis neceſſitudinem neq; charitatem fratris neq; ſacerdotii reuerētiam cogitauit inceſtuoſo autem adultero ipſi uindicte abſtulit modum quia ſi adulterium punias. nō remanet iniquo uindicetur inceſtus ſi inceſtuoſo ingeras

penam

penam in ultum crimen adulterii remanebit, ecce de quo collegio ſunt qui quantum ad ſuperbiam ſuam iniuriam nobis inferre moliti ſunt & q̃tum ad prouideutiam Dei impollutos uos eccleſie Dei ſeruauerint auferte tales ab iſta prouintia, utimini oblata uobis adeo oprimedi perfidos occaſſione quod tunc plenius fieri poterit ſi auctores ſcelerum ad clementiſſimum principem dirigátur item Augu. ad Boni. quis. n. veſtrum uellet aliquem amicorum ſuorum non ſolum perire uerum etiam aliquid perdere. ſed ſi domus Dauid aliter non meruerit habere pacem niſi abſalon filius eius in bello quo gerebat contra patrem fuiſſet extintus q̃uis magna cura mandauerit ſuis ut eũ quantum poſſent uiuum ſaluumq; ſeruarent & eſſet cui paternus affectus ignoſceret. quid ei reſtuit niſi per dictum flere et ſui regni pace acquiſita ſuam meſtitiam cõſolari. ſi ergo uiri ſancti & publice poteſtates bella gerentes non fuerint tranſgreſſores illius mandati, non occides. quamuis quoſq; flagitioſos digna morte perimerent ſimiles. ſue poteſtati obediens non eſt reus homicidii. ſi eius imperio quemlibet flagitioſum interemerit, ſi homicidas venenarios punire non eſt effuſio ſanguinis ſed. legum miniſterium. ſi pax eccleſie meſtitiam conſolatur perditorum. ſi ille qui zelo chatolice matris accenſi excomunicatos interficiunt homicide non iudicantur, patet q; malos non ſolum flagellari ſed

etiam interfici licet. item ſciſmatici dicūt cui uim Chriſtus intulit? quem cœgit? ecce habent apoſtolum Paulum agnoſcant in eum prius cogentem Chriſtum poſtea docentem. prius ferientem poſtea conſolatem. mirum eſt autem quomodo ille qui pena corporis ad euāgelium coatus intrauit plus omnibus illis laborauit qui ſolo uerbo uocati ſunt in euangelio & quem maior timor compulit ad charitatem eius perfecta charitas foras mittit timorem. cur ergo. non cogeret eccleſia per dittos filios ut redirent ſi per ditti filij cogerunt alios ut perirent quamuis & illos quos non coegerunt ſed tantummodo ſeduxerunt ſi per terribiles & ſalubres leges ab eorum gremio reuocentur. blandius pia mater amplectitur & de illis multo amplius. ꝙ de illis quos nunꝙ perdiderat gratulatur. an non hoc pertinet ad diligentiam paſtoralem. etiam illas oues que non uiolenter erepte ſed blande leuiterq; ſedute agrege ab errauerant & ab alienis poſſideri ceperant inuentas ad ouile Domini cū ſi reſiſtere ei uoluerint. flagellorum terroribus uel etiā doloribus reuocare. item a Chriſto coactum apoſtolū oſtendimus. imitatur itaq; eccleſia in iſtis cogendis Dominū ſuum qui prius ut neminem cogeret expectauit ut de fide regum atq; gentilium preditio prophetica compleretur, hinc & non abſurde intelligitur illa appoſtolica ſententia ubi beatus Paulus dixit. paratus ſum ulciſci omnem in obedi-

entiam cum complecta fuerit prior ueſtra obedientia. unde & ipſe Dominus ad magnam cenam ſuam prius conuiuas adduci iubet & poſtea cogit. in illis ergo qui primo leuiter adduti ſunt complecta eſt prior obedientia in iſtis autem qui coguntur in obedientia cohercetur. itē Vrbanus ſecundus Guifredo Lucano Epiſcopo. excomunicatorum interfectoribus pro ut in ordine Romane eccleſie didiciſtis ratione. ſecundum intentionem. modum congrue ſatisfactionis iniunge. non. n. eos homicidas arbitramur quos aduerſus excomunicatos zelo chatolice matris eccleſie ardentes aliquos eorum trucidaſſe contingerit. ne tamen eiusdem eccleſie matris diſciplina deſeratur. eo tenore ſecundū quem diximus penitentiam eis indicito congruentem. qua diuine ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare ualeant. ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint. item Nicolaus exercitui francorū. omnium ueſtrum uolumus charitatē, quoniā quiſquis quod non optātes dicimus in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit regna illi celeſtia minime negabuntur. item Ihero. in naum prophetam. quid ergo ait contra Dominum cogitatis ipſe eſt qui creauit mundum & conſumationem eius faciet. q ſi uobis uidetur crudelis & rigidus & cruentus q in diluuio genus deleuit humanum. & ſuper Sodomam & Gomorram ignem & ſulphur pluit. egiptios ſubmerſit in flut-

tibus Iſmaelitarum cadauera proſtrauit in heremo. ſcitote eum ideo ad preſens reddidiſſe ſuplitia, ne in eternum puniret, certe aut uera ſunt que prophete loquntur. aut falſa ſi uera ſunt que de ſeueritate eius uidentur dicere ipſi dixerunt non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione. ſi autem falſa ſunt & falſum eſt hoc quod dicitur. non conſurget duplex tribulatio. falſa eſt ergo crudelitas que in lege ſcripta eſt. quod ſi uerum eſt & negare non poterunt dicente propheta non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione ergo qui puniti ſunt poſtea non puniẽtur. ſi aũt poſtea non punientur ſcriptura mentitur. quod nephas eſt dicere receperunt ergo & qui in diluuio perierunt & ſodomite & egiptij & Iſraeliti in ſolitudine mala ſua in uita ſua. querat ergo hic aliquis. ſi fidelis qui deprehenſus fuerit in adulterio decolletur quid de eo poſtea fiet. aut. n. punietur & falſum eſt hoc quod dicitur non iudicabit Deus bis in idipſum in tribulatione aut non punietur. & optandum eſt adulteris ut in preſentiarum. breui & cita pena crucietur ne fruſtetur eternis ad quod reſpondebimus Deum ut omnium rerum ita & ſuplitiorum quoqꝫ ſcire menſuram. & non preueniri ſententiam iudicis nec illi in peccatorem exercende hic pene auferri poteſtatem. & magnum peccatũ magnis diuturniſqꝫ lui cruciatibus. ſi quis autem punitus ſit ut ille in lege qui Iſraelitis maledixerat

*et qui in ſabato ligna coligerat tales poſtea nō puniri quia culpa leuis preſenti ſuplitio ſeueritatis compenſata ſit, ut Augu. ad dona. quod inquit dominus per dictū nō reuocaſtis & quod perierat non requiſiſtis, hoc uobis ipſe Deus per nos facit ipſe obſecrando ipſe minando ſiue corripiendo ſiue dannis ſiue laboribus ſiue per ſuas occultas admonitiones uel uiſitationes ſiue per poteſtatum temporalium leges. vnde Ambro. remituntur peccata per Dei uerbum cuius leuita inter patres & quidem executor eſt remituntur per officium ſacerdotis. ſacrumq; miniſteriū. puniuntur quoq; peccata per homines ſicut per iudices qui poteſtate ad tempus utuntur puniuntur peccata etiam per populos. ſicut legimus quia ſepe ab alienigenis dei iuſſu excitatis propter diuine maeſtatis ofenſam ſubatus eſt populus iudeorū. hinc notandū eſt q̄ aliquando punit deus peccata per neſciētes. aliquando per ſciētes, per neſciētes peccata punit ſicut per ſenacherib. et per nabucho donoſor regem. & per antiochum & per principes amorreorum. & per nonnullos reges Gentilium populum Iſraeliticum delinquentem aliquādo aflixit aliquando captiuauit unde ipſe Dominus per prophetā ait. uirga furoris mei aſſur. ipſe autem non cognouit. aſſur erat uirga furoris Domini quia per eū innumeras gentes diuina iuſtitia flagellare diſpoſuit. ipſe uero nō cognouit quia in ſuperbia elatus uitto-*

riam quam aſecutus fuerat non diuine potentie ſed ſuis uiribus atribuit. unde cotra eius ſuperbiam Dominus loquitur dicens. nunquid gloriabitur ſerra. cotra eū qui ſecat in ea. aut nunquid exaltabitur ſecuris contra eum qui cedit in ea. quibus ſimilitudinibus ſatis perſpicue oſtenditur ꝙ ſicut ſerra & ſecuris neq; ſecare neq; cedere ligna poſſunt niſi ab alio regatur atq; ideo contra regentem ſe ſuperbire non debent. ſic illi per quos Deus punit abſq; nuptu diuine diſpenſationis, nil agere ualent. ac. ideo cōtra regentem ſe ſuperbire non licet, tales in eo quod puniunt deo ſeruire dicuntur. in eo autem ꝙ ignorātes ſe eſſe miniſtros ire dei impia uanitate ſuperbiunt. mercedem ſue ſeruitutis adeo non niſi temporalem inueniunt. penam vero ſue ſuperbie non efugiunt. vnde cum Dominus diceret ad prophetam, de Nabuchodonoſor quid dabo ei pro labore quo ſeruiuit michi apud tirum. ſtatim ſubiunxit. da. hoc eſt datam ſibi prouinciam egiptum & ethiopiam: cum autem in corde ſuo ſuperbiens poſtea diceret, non ne hec eſt Babilon quam ego condidi in robore regni mei. ſtatim, inmutauit Deus rationabilem mentem eius. & induit eum ferina beſtialitate ut ab hominibus fugiens cum beſtiis uiueret. per antiochum quoq; cum idolatriam. iudaice plebis puniret. & pacem quam ex lege Dei abiectam & ex ſatiis nationum aſumptis querebant illis imperitie uerteret. quia

Dei diſpoſitionem ignorans ſue facultati deuaſtationē illi‑us plebis atribuit.in precatur in eū propheta dicens. efunde iram tuam in gentes que te non nouerunt & in regna que non in uocauerunt nomen tuum ne forte dicant in gentibus ubi eſt Deus eorum.ſimiliter cū per Romanos peccatum mortis Chriſti Deus punire decreuiſſet. vrbis excidium & iudaice plebis miſeram captiuitatem ſuis uiribus aſcribere ceperunt.unde & contra eos propheta imprecatur dicens.leua manus tuas in ſuperbias eorum qui te oderunt & qui multa maligna,operati ſunt munimēta ſue uictorie poſuerunt in atrio tuo.per ſcientes peccata puniuntur ſicut Deus per filios Iſrael uoluit peccata punire amorreorum & chananneorum & aliorum gentilium quorum terram Iſraelitis poſidendam dedit,quibus etiam precepit ut nemini eorum parcerent ſed omnes morti traderent.ꝙ propter peccata eorum illis contigiſe,ex uerbis domini apparet.qui cum diceret ad Abraam ſemini tuo dabo terram hanc.ueluti quereret quare non modo eam das michi.audiuit non dum.n.ſunt peccata amorrerorū conſumata.que tunc intelliguntur fuiſſe conſumata. cum populus ille de egiptiaca ſeruitute liberatus terram eorum ſicut Abrae promiſſum fuerat in hereditatē accepit.cum ergo ſic diuino nuptu ad puniendum peccata populi excitatur ſicut populus ille iudaicus eſt excitatus ad ocupandam terram

promiſſionis & ad delendas gentes peccatrices ſine culpa noxius ſanguis effunditur. & que ab eis male poſſidentur iuſte & dominium rite tranſeunt bonorum, cum uero occulto inſtintu aliqui mouuntur ad perſequendos malos, ſicut ſenacherib & ceteri qui populum delinquentem perſecuti ſunt, licet occulto inſtintu, operante illorum meritis incitentur ad perſequendum, tamen quia praua intentione non peccata delinquentium punire ſed illorum bona rapere uel ſue dictioni ſubicere querũt non ſunt immunes a crimine. de quibus etiam notandum eſt ꝙ aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum ut tandem per bonos correptos ipſi quoq; puniantur. ſicut in libro iudicum legitur de Iabim rege chananeorum & de madianitis. ꝙ propter idolatriam populi ſuſcitauit eos Deus ut Iſrael affligerent & terram eorum occuparent. cum autem populus dei ſub manibus eorum diuinitus afflictus peccatum ſuum recognoſceret & pro penitentia ſibi Deum placaret. dei precepto & barach comitatus de albaram prophtiſſam uxorem lapi doch. iabim regem cananeorum & ſiſaram ducem exercitus ſui contriuit & gedeon & zebec & ſalmana, reges madianitarum. & oreb & zob duces eorum morti tradidit. apparet ergo ꝙ aliquando per legitimã poteſtatem gerentes aliquando iuſſu diuino per populos excitatos mali pro peccatis ſuis non ſolum flagellantur ſed

etiam

etiam rite perduntur. neq; eſt contra illud Augu. quod ad marcellianum pro circuncellionibus ſuplicans rogabat ut uerberibus eos coherceret non morte perderet. quamuis.n.ſuplicando ſpatium uite eis reſeruari poſcit. non inde legum ſeueritatem qua tales morte plettūtur non obſeruandā docuit. itē augu. uincen. donatiſte. nimiū ſūt inquieti. quos per ordinatas adeo poteſtates ſeculares cohiberi atq; corrigi noluī, michi non uidetur in utile nā de multorum iam correptione gaudemus. item poſt pauca ſi.n. quiſq; inimicum ſuum periculoſis febribus freneticū factum currere uideret in precipitium nonne tunc potius malum pro malo redderet ſi ſic eum ire permiteret q̄ ſi corrigendum curandumq; ligaret & tamen tunc ei moleſtiſſimus & aduerſiſſimus uideretur quando utiliſſimus & miſericordioſiſſimus ſtitiſſet. ſed plane ſalute reparata tanto ei uberius gratias ageret quanto minus ſibi peperciſſe ſenſiſſet. & poſt pauca nō omnis qui parcit amicus eſt neq; omnis qui uerberat inimicus, meliora ſunt uulnera amici q̄ blanda oſcula inimici. melius eſt cum ſeueritate diligere q̄ cum lenitate decipere. utilius eſurienti panis tollitur ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat. q̄ eſurienti panis frangitur ut in iuſtitie ſe ductus acquieſcat. item putas neminem debere cogi ad iuſtitiam cum legas patrem familias dixiſſe ſeruis quoſcunq; inueneritis cogite intrare cum legas & ipſum

primo Saulum & poſtea Paulum ad ueritatē cognoſcen-
dam & tenendam magna uiolentia Chriſti cogentis eſſe
compulſum. quem nō ſolum uoce compeſcuit ſed etiam po
teſtate proſtrauit atq; in infidelitatis tenebris ſeuientem ad
deſiderandum lumen cordis ut ſurgeret prius cecitate cor-
poris percuſſit que ſi pena nō eſſet. non ab ea poſtmodum
ſanaretur & quando apertis oculis nichil uidebat. ſi eos
ſaluos haberet non ad impoſitionem manus annanie ut eo
rum aperiretur intuitus tanq̄ ſchamas quibus clauſus fue
rat inde cecidiſſe ſcriptura narraret. & cum noueritis fu-
rem aliquando auertendis pecoribus pabulū ſpargere. &
aliquando paſtorē flagello errantia pecora reuocare. item
ſi ſemper eſſet culpabile perſecutionem facere non ſcrip
tum eſſet in ſanctis libris detrahentē ſecreto proximo ſuo
hunc perſequebar. alioquin ergo qui eam patitur iuſtus eſt
& qui eam facit iniuſtus eſt. ſed plane ſepe & mali per-
ſecuti ſunt bonos & boni malos illi nocendo per iniuſti-
tiam & iſti conſulendo per diſciplinam. illi innaniter. iſti
temperanter illi ſeuientes cupiditate iſti charitate. nā qui
trucidat non conſiderat quemadmodum laniet. qui autē cu
rat conſiderat quemadmodum ſecet ille perſequitur ſanita
tem iſte putredinem. occiderunt impii profetas occiderūt
& prophete impios flagellauerunt iudei Chriſtum iude
os flagellauit & Chriſtus traditi ſunt Apoſtoli ab homini

bus humane poteſtati.tradiderunt apoſtoli homines poteſtati ſathane.in his omnibus quid attenditur niſi quis eorũ pro ueritate quis pro iniquitate.quis nocendi cauſa quis emendandi.idẽ Donato presbitero diſplicet tibi ꝙ traheris ad ſalutem Dei cũ tamen multos noſtros ad pernitiem traxeris.quid.n. uolumus niſi te camprehendi & preſentari & ſeruari ne pereas. ꝙ autem in corpore leſus eſt ipſe tibi feciſti qui iumento tibi mox admoto uti uoluiſti & te ad terram grauiter colliſiſti nam utiq; alius qui adductus eſt tecum collega tuus illeſus uenit quia talia ipſe ſibi non fecit.ſed neq; hec putas tibi fieri debuiſſe qui neminem exiſtimas cogendum ad bonum.attende quid dixerit apoſtolus.qui Epiſcopatum deſiderat bonum,opus deſiderat.& tamẽ multi ut Epiſcopatũ ſuſcipiant tenentur in uiti. producuntur includuntur patiuntur in uitti mala que nolunt donec eis adſit uoluntas ſuſcipiendi operis boni. quanto magis uos ab errore pernitioſo in quo uobis inimici eſtis trahendi eſtis & producendi ad ueritatem uel cognoſcendam uel eligendam non ſolum ut honorem ſalubriter habeatis ſed etiã nẽ nequiſſime pereatis.dicis Dominum dediſſe liberum arbitrium ideo non debere hominem cogi. ad bonum.quare ergo illi de quibus ſupra diximus coguntur ad bonum;attende ergo & conſidera.ꝙ non ideo uoluntas bona miſericorditer impenditur ut mala uoluntas hominis

diligatur, nam quis neſciat nec dannari hominem niſi ex merito male uoluntatis neq; liberari niſi bonam habuerit uoluntatem. non tamen ideo qui diligũtur male ſue uoluntati impugne crudeliter ſunt permitendi. ſed ubi poteſtas datur & a malo prohibendi & ad bonum ſunt cogendi. nam ſi uoluntas mala ſemper ſue permitenda eſt libertati quare Iſraelite recuſantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibentur & ad terram promiſſionis compellebantur: ſi uero uoluntas mala ſemper ſue permittenda eſt libertati quare Paulus non eſt permiſſus uti peſſima uoluntate qua perſequebatur eccleſiam ſed proſtratus eſt ut cecaretur cecatus eſt ut mutaretur mutatus eſt ut mitteretur miſſus eſt ut qualia fecerit in errore talia pro ueritate pateretur: ſi uoluntas mala sẽper ſue permittenda eſt libertati quare corrigiuntur negligentes paſtores & dicitur eis errantem non reuocaſtis per ditum non queſiſtis? & uos oues Chriſti eſtis charaterem Domini cum portatis in ſacramento quod accepiſtis ſed erratis peritis. non ideo uobis diſpliceamus quia reuocamus errantes & querimus perditos. melius .n. facimus uoluntatem Domini monentis ut uos ad ouile eius redire cogamus. q̃ ſi conſentiamus uoluntati errantium & perire uos permitamus. ſi uolũtas mala ſemper ſue permittenda eſt libertati quare monetur pater in ſcripturis ſanctis filium durum non ſolum

uerbis corripere ſed etiã latera eius tundere ut ad bonam diſciplinam coactus ac domitus dirigatur: noli ergo iam dicere quod te aſſidue audio dixiſſe. ſic uolo errare ſic uolo perire. melius hoc omnino perire non permitimus quantum poſſumus modo. ꝙ te imputeum quo morieris miſiſti. utiꝗ libera uoluntate feciſti. ſed ꝙ̃ crudeles eſſent ſerui Dei ſi huic male uoluntati tue permitterent & non te de illa morte liberarent? quis eos non merito culparet? quis impios non recte iudicaret. Et tamẽ tu, te uolens in aquam miſſiſti ut morereris. illi te nolentem leuauerunt de aqua ne morereris. tu feciſti ſecundum uoluntatem tuam ſed imperniciem tuam & illi contra uoluntatem tuam ſed contra mortem tuam. ſi ergo ſalus illa corporalis ſic cuſtodienda eſt ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt ſeruetur quanto magis illa ſpiritualis in cuius deſertione mors eterna metuitur. ꝙ̃ ꝙ in iſta morte quam tibi tu ipſe uoluiſti inferre non ſolum ad tempus ſed etiam in eternum morereris quia & ſi non ad ſalutem non ad eccleſie pacem non ad Chriſti corporis unitatem non ad ſanctam & indiuiduam charitatem ſed ad mala aliqua cogereris. neꝗ ſic tibi ipſi mortem inferre debuiſti. conſidera ſcripturas diuinas & diſcute tibi ipſi quantum poteſt & uide utrum hoc fecerit aliquis iuſtorum aliquando atꝗ fidelium cũ ab eis tanta mala perpeſſi ſunt qui eos ad interitum non ad uitam quo

compelleris adigebant, & poſt pauca repetis ſicut audio ꝙ
in euangelio ſcriptum eſt receſſiſſe a Domino.70.diſcipu-
los & arbitrio ſuę male atq; impie diſceſſionis fuiſſe per
miſſos ceteriſq;.12. qui remanſerant fuiſſe reſponſum
nnnquid & uos uultis abire & non attendis quia tunc
primitiua eccleſia nouello germine pullulabat non aduc
completta fuerat illa prophetia & adorabunt eum omnes
reges terre & omnes gentes ſeruient ei quod utiq; quanto
magis implectur tanto maiore utitur eccleſia poteſtate ut
non ſolum inuitet.ſed etiam cogat ad bonum hoc Dominus
ſignificare uolebat ꝙ quamuis haberet magnā poteſtatem.
prius tamen elegit comendare humilitatem.hoc etiam in il
la conuiuii ſimilitudine ſatis euidēter oſtenditur ubi miſit
ad inuitatos & uenire noluerunt.& ait ſeruo exi,cito in
uias & plateas & uicos ciuitatis & pauperes ac debi-
les cecos & claudos introduc huc.& ait Domino ſeruus
factum eſt ut imperaſti & ad huc locus eſt & ait Do
minus ſeruo exi in uias & ſepes & compelle intrare ut
impleatur domus mea.uide nunc quē admodum de eis qui
prius uenerant dictum eſt introduc eos.nunc dictum eſt
compelle.ita ſignificata ſunt eccleſie primordia adhuc cres
centisut eſſent uires etiam compellendi,idē cōtra fauſtum
quid crudele Moyses mandauit aut fecit.cum comiſſum ſi
bi populum zelans uiuo & unico Deo uero & ſubditum

cupiens poſtea q̃ cognouit ad fabricandum & colendum idolum defluxiſſe mentemq; impudicã proſtituiſſe demonibus im paucos eorum uindicans gladio. quos Deus ipſe quem, ofenderant alto & ſecreto iuditio feriendos uoluiſſet. mox feriri & in preſenti ſalubriter terruit & diſciplinam in poſterum ſanxit. nam cum nulla crudelitate ſed magna dilectione feciſſe quod fecit quis nõ in uerbis agnoſcat orantis pro peccatis eorum & dicentis. ſi dimittis illis peccatum dimitte ſin autẽ dele me de libro uite. idem ſuper epiſto. Io. non poteſtuum amare ſeruum quando eum non cedis. aut tunc amare filium tuum quando ei non das diſciplinam aut tunc amare uicinum tuum quando eum non corrigis. non eſt iſta charitas ſed langor ferueat charitas ad emendandum & ad corrigendum. ſi ſunt boni mores delectẽt ſi autem mali emendentur item ad macedo. non eſt iniquitatis ſed potius humanitatis ſocietate de uitius qui propterea criminis eſt perſecutor ut ſit hominis liberator. item ad lotha. qui uitiis nutriendis parcit & fauet ne contraſtet peccantium uoluntatem tam non eſt miſericors. q̃ qui nõ vult cultellum rapere puero ne audiat plorãtem. & non timet ne uulneratum uel extintum doleat. idem de ſermone Domini in mõte libro primo. ea uindicta que ualet ad correptionem non prohibetur que etiam ad miſericordiã pertinet neq; impedit illud propoſitum quo quiſq; paratus eſt ab eo.

quem correptum eſſe vult plura perferre. ſed huic undit-
te inferende non eſt idoneus niſi qui odio quo flagare ſo-
lẽt qui ſe uindicare deſiderãt dilectionis manſuetudine ſer-
rauerint. non .n. metuendum eſt ne odiſſe paruulum fi-
lium parentes uideantur cum ab eis uapulatur peccans ne
pecet ulterius, et certe perfectio dilectionis ipſius dei patris
imitanda nobis proponitur cum in ſequentibus dicitur. dili
gite inimicos ueſtros benefacite his qui oderunt uos. et ora-
te pro his qui uos perſequuntur & tamen de ipſo dicitur
per prophetam quem .n. diligit Dominus corripit flagellat
autem omnem filium quem recipit. dicit etiã Dominus: ſer
uus qui neſcit uoluntatem Domini ſui & facit non digna
uapulabitur plagis paucis ſeruus autem qui ſcit uoluntatem
Domini ſui & facit non digna plagis uapulabitur multis.
non ergo niſi ipſe uindicet cui rerum ordine poteſtas data
eſt. & ea uoluntate uindicet qua pater paruulum filium
flagellat quem tamen per etatem non poteſt odiſſe. hinc .n.
apertiſſimum exemplum dicitur quo ſatis apparet poſſe
peccatum amore potius uindicari ꝙ impunitum relinqui. ut
illum quem uindicat non pena miſerum ſed correptione be
atum eſſe uellit. paratus tamen ſit ſi opus fiat equo animo
plura tollerare ab eo illicita quem vult eſſe correptum ſi-
ue in eũ habeat poteſtatẽ cohercendi ſiue nõ habeat. idem,
ne amiſſo iuditio ſis pauperi in mala cauſa miſericors cuius

ſi parcis

*ſi parcis ſacello percutis cor et tāto nequiorē reddis quāto iuſtum ſibi fauere uidet item. Duo iſta nomina cum dicis homo. peccator. non utiq; fruſtra dicuntur. quia peccator eſt corripe quia homo miſerere neq; omnino liberabis hominem niſi cum perſecutus fueris peccatorem. huic offitio nōis in uigilet diſciplina. ſicut cuiq; regenti apta & acomodata eſt non ſolum Epiſcopo regenti plebem ſuam. ſed etiam pauperi regenti domū ſuam. diuiti regenti familiam ſuam. marito regenti coniugem ſuam. patri regenti prolem ſuam. iudici regenti prouintiā ſuam. regi regenti gentem ſuam. ita nulli homini claudenda eſt miſericorda ſicut nulli peccatori impunitas relaxanda eſt. hic itaq; intelligendum eſt ꝙ non ſit contepnenda elemoſina que quibusq; pauperibus iure humanitatis impēditur. quando quidem Dominus ſubleuauit indigentiam pauperum. etiam his loculis quos ex operibus implebat aliorum. & Paulo poſt non ergo ſuſcipiamus peccatores propter hoc ꝙ ſunt peccatores ſed tamen eos ipſos quia homines ſunt humana conſideratione tractemus. perſequamur in eis propriam iniquitatem miſereamur comunē naturam idem, contra. creſco. quiſquis Chriſtianus iniquum perſequitur Chriſti eſt inimicus. uerū dicis ſi non hoc in illo perſeq̄uitur quod Chriſto eſt inimicum. nec. n. Dominus in ſeruo pater in filio maritus in coniuge. cum ſint utriq; Chriſtiani non debent.*

perſequi niſi initia contraria Chriſtiane ueritati. an uero ſi nõ perſequantur nõ neglientie merito tenebantur? idem ad macedo.d. bet homo diligere proximũ ſuum ſicut ſe ipſum: ut quem potuerit hominem beneficientie conſolatione uel informatione doctrine uel diſcipline correptione adducat ad colendum Deum. ſed culpantur etiam qui probibet a malo ſi modum peccati modus correptionis excedat. vt uel ab inquietudine inſana ad ſanitatis ocio dirigantur legum cohertione. uel a malignis operibus. alicui operi utili deputentur. uocatur quidem & iſta donatio. ſi quis non intelligit magis beneficium ꝙ ſuplitium nuncupandũ. ubi neqꝫ ſemendi relaxalur audatia neqꝫ penitendi ſalutaris ſubtrahitur medicina. unde idem ad marce. imple. Chriſtiane iudex pii patris offitium ſic ſuccenſere iniquitati memineris ut non in peccatorũ atrocitatibus exerceas ulciſciſcendi libidinem. ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas uoluntatem, noli perdere paternam diligentiam quam in ipſa inquiſitione ſeruaſti quando tantorum ſcelerum confeſſionem non extento aculeo non ſulcãtibus ungulis non urientibus flammis ſed uirgarum uerberibus eruiſti: qui modus cohertionis & a magiſtris artium liberalium & ab ipſis parentibus adhibetur. et ſepe in iuditiis ſolet ab Epiſcopis adhiberi. noli ergo atrotius uindicare quod leuius inquirendi ꝙ puniendi maior neceſſitas eſt. ad hoc. n.

ne mali corr igendi

& mitiſſimi homines facinus admiſſum diligenter atq; inſtanter examinare debent ut quibus parcant inueniant, & poſt pauca pena illorum q̃uis de tantis ſceleribus cõfitentium rogo te ut propter ſuplitium mortis ſit & propter conſcientiam noſtram & propter chatolicam manſuetudinem comendandam.ipſe.n.fructus ad nos peruenit confeſſionis illorum quia inuenit chatolica eccleſia.ubi erga atrociſſimos inimicos ſeruet atq; exhibeat lenitatem in tanta quippe crudelitate quecunq; propter ſanguinem uindicta proceſſerit magna lenitas apparebit.quod & ſi modo quibuſdam ueſtris illa atrocitate commotis uidetur indignum & quaſi diſſolutionis & neglientie ſimile tranſactis tamen motibus animorum qui recentioribus factis ſolent turbulentius excitari,egregie luculenta bonitas apparebit item dona.unum ſolum eſt quod in tua iuſtitia pertimeſcimus.ne forte quoniã quicquid mali cõtra Chriſtianam ſotietatem ab hominibus impiis ingratiſq; coniuitur profecto grauius eſt & atrocius q̃ ſi in alios comitatur tuq; pro immanitate facinorum ac non potius pro conſideratione lenitatis Chriſtiane cenſeas cohercendum:quod te per ihesum Chriſtum ne facias obſecramus. excuſſione terribilium legum & iudicum penas ſiluant corrigi eos cupimus non necari nec diſciplinã circa eos negligi. nolumus neq; ſuplitiis quibus digni ſũt cohereeri.ſic ergo corri

peccata compeſce ut ſint quos peniteat peccaſſe pro inde ſi occidendos in his uiros putatis deterrebitis nos ne per operam miſericordiam iuditium tale quidẽ perueniat quo comperto in noſtram pernitiem licentiori audatia craſſa. buntur neceſſitate nobis imparta ut etiam occidi ab eis eli gamus potius ꝙ eos occidendos ueſtris iuditiis inferamus idem mace. prodeſt ſeueritas ueſtra cuius miniſterio quies adiuatur & noſtra prodeſt inter ceſſio cuius mi niſterio ſeueritas temperatur & ueſtra. non uobis diſpli ceat ꝙ rogamini abonis quia neq; nobis diſplicet ꝙ timemi ni amalis. nam hominum iniquitatem etiam Apoſtolus Paulus non tantum iuditio futuro uerum etiam de preſen tibus ueſtris ſecularibus terruit poteſtatibus. aſſerens etiã ipſas ad diſpenſationem diuine prouidẽtie pertinere. om nis inquit anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. hec uerba apoſtoli utilitatem ueſtre ſeueritatis oſtendunt. proinde ſicut iuſſi ſunt ſubiectionem terrẽtibus debere qui timent. ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui ter rent. nichil cupiditate nocendi fiat. ſed omnia conſulendi charitate & nil fiat inaniter nil in humaniter. ita formi detur ultio cognitionis ut neq; interceſſoris religio contep natur. quia & plettendo & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur ut uita hominum corrigatur. ꝙ ſi tanta eſt peruerſi tas & impietas ut incorrigiendis nec diſcipline neq; ue-

nie remedia ſufragētur. ab omni tamē intētiōe atq; cōcien cia quam Deus cernit. ſiue ſeueritate ſiue lenitate non niſi dilectionis, offitium impleatur, magni tamen & ſancti uiri q̄q̄ optime ſcirent mortem iſtam que animā diſoluit a corpore formidandam non eſſe. ſecundum tamē eorum animum qui illam timent nonnulla peccata morte punie-runt quo uidentibus utilis metus incuteretur & illis qui morte puniebantur non ipſa mors noceret. ſed peccatum quod augeri poſſit ſi uiuerent diminueretur. non temere il li iudicabant quibus tale iuditium Deus donauerat & ita hec que ſepius ditta ſunt intelligenda sūt de illis quos pre ſentia ſuplitia in melius commutant non de illis qui obſti-nati ſunt in malo qui ſi ſemper uiuerent ſemper peccarēt quorum pena hic incipit & in eternum durabit. ſed nun quid ideo quia quibusdam iſta non proſunt negligenda eſt medicina quia non nullorum inſanabilis eſt peſtilentia? ait. n. Calixtus. iuſtum eſt ut qui diuina contepnunt man data & inobedientes paternis exiſtunt iuſſionibus ſeueri oribus corrigantur uindittis quatenus ceteri talia cōmitte-re timeant & omnes gaudeant fraterna concordia & cunti ſumāt ſeueritatis atq; bonitatis exemplum. nam ſi q̄ abſit eccleſiaſticam ſollicitudinem rigoremq; negligimus perdit deſidia diſciplinam & animabus fidelium profecto noce bitur. unde illud quod Dominus ait ad Moyſem malefi-

cos uiuere non patiaris. qui coierit cum iumento morte mo
riatur. adulterii etiam uel blaſphemie crimine notatus in
miſericorditer lapidari iubetur. item, Moyſes qui legem ac
ceperat cultores idoli morte danauit. Samuel etiam agag
pigriſſimum regem in fruſta concidit. phinees quoque iudeū
cum madianita coeuntem gladio transfixit quod est ei re
putatum ad iuſtitiam. ſimiliter nonnulli in ueteri teſtamen
to inueniuntur malos trucidaſſe neque tunc tranſgreſſores
legis ſed defenſores appellantur. prohibetur ergo illo pre
cepto non occides. quiſque ſua auctoritate in necem alicuius
armari: non legis imperio reos morti tradere. qui .n. pub
lica functus poteſtate ipſius legis imperio malos punit nec
illius precepti trāſgreſſor neque a celeſti patria alienus ha
betur. unde Augu. exponens illud euangelii qui gladio uſus
fuerit gladio cadet in ſecundo li. contra maniche. ait. ille gla
dium accipit qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate: uel
iubente uel concedente in ſanguinem alicuius armatur. idē
ad publi. de ocidēdis hominibus ne ab eis quiſque occidatur
non michi placet conſilium, niſi forte ſit miles aut publica
functione teneatur ut non pro ſe hoc faciat ſed pro aliis uel
pro ciuitate ubi etiam ipſe eſt accepta legitima poteſtate ſi
eius congruit perſone, qui uero repelluntur aliquo terrore
ne mala faciāt etiam ipſis fortaſſe aliquid preſtatur. hinc
autem dictum eſt ne reſiſtamus malo ne nos uindicta de

lectet que alieno malo animum paſcit non ut hominū correptionem negligamus. ſcriptum eſt. n. qui crimina que poterit emendare non corrigit ipſe committit. item Inno. papa. queſitū eſt etiam ſuper his qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt aut tormenta ſola exercuerunt aut etiam capitale protulere ſententiam nichil de his legimus a maioribus difinitum meminerāt. n. adeo poteſtates has fuiſſe cōceſſas & propter noxiorum uindictam gladium fuiſſe permiſſum. & Dei miniſterium eſſe datum in huiuſmodi uindices. quomodo igitur reprehenderant factum quod auctore Deo uideretur eſſe conceſſum? de his ergo ut hactenus ſeruatum eſt ſic habeamus ne aut diſciplinam auertere aut contra auctoritatem Domini uenire uideamur. ipſis. autem in redenda ratione geſta ſua omnia ſeruabūtur. item ad ploſan. Epiſcopum ciſcitari uoluiſti an preces dictantibus liberum concedatur arbitrium utiq; poſt baptiſmi regenerationem. a principibus poſcere mortem alicuius uel ſanguinem de reatu: quam rem principes nunq̄ ſine cognitione concedunt ſed ad iudices commiſſa ipſa uel crimina ſemper remittunt. ut cauſa ipſa cognita uindicet quicunque ſitari fuerint delegata aut abſolutio aut dampnatio pro negotii qualitate profertur & dum legum auctoritas in improbos exercetur ceu dictator immunis. hinc Ibero ſuper epiſto. ad gala. iudex non eſt auctor ſceleris homi-

nes uinciendo & ſuper Ibere. homicidas ſacrilegos & ue-
nenarios punire non eſt effuſſio ſanguinis ſed legum mi-
niſterium. item Augu. de libero arbitrio. ſi homicidium eſt
hominem occidere, poteſt tamen aliquando occidi ſine pec
cato, nam & miles hoſtem & iudex uel miniſter eius
nocentem. & cui forte inuito atq imprudenti telum ma-
nu efugerit nom michi uidentur peccare cum hominem oc
ciderint ſed neq etiam homicide e iſti appellari ſolent. mi
les cum, obediens poteſtati ſub qua legitime conſtitutus eſt
occidit. nulla ciuitatis ſue lege reus eſt immo niſi fecerit re
us eſt imperii deſerti atq contempti. & in li. de ciuitate
Dei quicunq percutit malos in eo q mali ſunt & habet
cauſam interfectionis. miniſter eſt Dei qui uero ſine alia
publica adminiſtratione maleficum ſacrilegum & periu
rum & quemlibet criminoſum interfecerit aut truncaue-
rit uel membris debilitauerit uelut homicida iudicabitur
& tanto acrius quanto non ſibi adeo conceſſam poteſta-
tem abuſiue uſurpare non timuit. at idem non ergo fruſtra
ſunt inſtituta poteſtas regis & cognitoris ius. vngule
carnificis. arma militis. diciplina dominātis, ſeueritas etiā
boni patris. habent omnia iſta modos ſuos cauſas rationes
utilitates. & ſuper Epiſtolam ad Romanos ſunt quedam
enormia flagitia que potius per mundi iudices q per antis
tes & rectores eccleſiarum uindicantur ſicut eſt cū quis

interficit

interſicit Pontificem Apoſtolicum, Epiſcopum, Presbiterum aut Subdiaconum huiuſmodi reos Reges & Principes mundi dannant ergo non ſine cauſa gladium portant qui talia ſcelera di iudicant ſunt.n.maxime conſtituti propter homicidas & raptores ut etiam illos.damnent & alios ſuo timore compeſcant.item Ciprianus.rex debet furta cohibere.adulteria punire.impios de terra perdere parricidas & periuros non ſinere uiuere filios ſuos non ſine re impie agere.& Io.Octauus. adminiſtratores plane ſecularium dignitatũ qui ad eccleſiarum tuitionem pupillorum & uiduarum protectionẽ.rapatiũq; refrenationem conſtituti eſſe proculdubio.debent,quotiens ab Epiſcopis & eccleſiaſticis uiris conuenti fuerint eorum querimonias attentius audiant & ſecundum q̃ neceſſitas expetierit abſq; negligentia examinent & diligenti corrigant ſtudio.q̃ ſi Dei timorem pre oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem.inuenti fuerint. omni ſe nouerint comiſſione uſq; ad dignam ſatisſationem priuatos.item Ibero.ſuper Ibere.regum,offitium eſt proprium.facere iuditium atq; iuſtitiam & liberare de manu calumniantium ui,opreſſos.& peregrinis pupilliſq; & uiduis qui facilius,oprimuntur apotentatibus,prebere auxilium, & ut curam eis preceptorum Dei maiorem iniceret, intulit nolite contriſtari,ut nõ ſolum eripiatis ſed.ne paua

*mini quidem, ut ueſtra conniuentia eueniat eos ab aliis contriſtari. ſanguinem innocentem non efundatis in loco iſto. homicidas. n. & ſacrilegos & cetera. & poſt pauca. ſi inquit hoc feceritis o reges iuda tenebitis preſtinam poteſtatem. quia hec cũmentur. & mali cohercentur. & boni quieti inter malos uiuunt. idem ſuper Eſaiã, non eſt crudelis qui crudeles iugulat. ſed crudelis ideo uocatur quia crudelis patiẽtibus eſſe uidetur nam latro ſuſpenſus in patibulo crudelem iudicem putat. itẽ Augu. in li. de ciuitate Dei. non eſt innocentie parcendo ſinere ut in malũ grauius incidatur. pertinet ergo ad innocentis officiũ. non ſolum nemini malum inferre. uerum etiam cohibere a peccato. uel punire peccatum ut aut ipſe. qui prius, odio habetur corrigatur experimento aut alii terreantur exemplo. & ſuper Ezechi. iiij. qui malos percutit in eo ꝙ mali ſũt & habet uaſa interfectionis ut occidat peſſimos miniſter eſt Dei unde Grego. bruni. childe regine Francorũ. ſi quos igitur uiolentos ſi quos adulteros ſi quos fures uel aliis prauis actibus ſtudere cognoſcitis Deum Deorum correptione placare feſtinate. ut ſuper uos flagellũ perfidarum gentium. quod quantum uidemus ad multarum nationum uindictam excitatum eſt non inducat. neſi quod non credimus diuine ultionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota. belli peſtis interimat quos delinquentes ad rec-*

titudinis uiam & Dei precepta non reuocant ait.n. Augu. ſi ea de quibus uehementer Deus offenditur in ſequi uel ul ciſci differrimus ad iraſcendum utiq; diuinitatis patientiã prouocamus nonne Achor. filius Zare. preteriit mandatum Domini & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit & ille erat unus atq; utinam in ſcelere ſuo periiſſet unde Cyprianus. ſi audieris. in una ex ciuitatibus quas dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare, illic dicẽtes eamus & ſeruiamus diis alienis quos Deos non noiſti interficiens necabis omnes qui ſunt in ciuitate cede gladij & incendes ciuitatem igni & erit ſine habitaculo in eternum. non reedificabitur etiam nunc ut auertatur Deus ab indignatione ire ſue & dabit miſericordiam tibi & miſerebitur tui. & multiplicabit te ſi audieris uocem Domini Dei tui & obſeruaueris precepta eius cuius precepti uigoris memor Mtabatias interfecit eum qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat. q; ſi ante aduentum Chriſti circa Deum colendũ & idola ſpernenda hec precepta ſeruata ſunt quanto magis poſt aduentum Chriſti ſeruanda sũt quando ille ueniens nõ tantum uerbis nos hortatus ſit ſed etiã factis, hinc & Ibero. non eſt crudelitas crimina pro Deo punire ſed pietas unde in lege etiam dicitur ſi frater tuus & amicus & uxor que in ſinu tuo dormit deprauare uoluerit ueritatem ſit manus tua ſuper eos effundens ſanguinem

impiorum hinc & Augu.cum homo ab homine occiditur multum diſtat.utrum id fiat nocendi cupiditate uel iniuſte aliquid auferendi ſicut fit ab inimico ſicut alatrone.an ulciſciſcendi uel obediendi ordine ſicut a iudice ſicut acarnifice,uel euadendi uel ſubueniendi neceſſitate.ſicut interimitur latro a uiatore.hoſtis a milite.q̄ ſi ſua ſponte atq; auttoritate feciſſent.in crimen efuſſi humani ſanguinis incidiſſent .itaq; unde puniūtur ſi fecerint iniuſſi.inde puniētur ſi non fecerint iuſſi.item inqueſtio.exo.cum miniſter iudicis occidit eum quem iudex iuſſit occidi profecto ſi id ſponte facit homicida eſt etiam ſi eum occidat quem ſcit a iudice debuiſſe occidi nam lex eterna ita medio quodam loco poſuit aliqua ut in eis uſurpandis merito reprehendatur audatia in exequendis uero iure laudetur, obedientia. Abraam ſi ſpontaneus in occidendo filium motus fuiſſet execrabilis haberetur at iubenti Deo obſecundās ſamulatus eſt.& aliquando qui cauſa eſt mortis potius inculpa eſt q̄ ille qui occidit uelut ſiquis piam decipiat fide iuſſorē ſuum atq; ille pro iſto legitimū luat ſuplitium.neq; tamen omnis qui cauſa aliene mortis eſt reus eſt.ueluti ſiquis piam ſtrupū petit ſeſeq; ſi non impetrauerit interimat.quid ſi filius timens patris pia uerbera precipitio pereat? quid ſi alius homine liberato uel ne alius liberetur ſibi ipſi mortem inferat?nunquid propter iſtas alienarum mortium

*cauſas aut ſceleri conſentiendum eſt aut uindicta peccati que non fit nocendi ſed corrigendi ſtudio aut etiam paterna uerbera tolleranda. aut opera miſericordie cohibende ſunt. unde neq; reus eſt mortis aliene qui cum ſue poſſeſſionis murorum ambitu circum duxerit aliquis ex ipſorũ uſus percuſſus interiit. neq;. n. reus eſt Chriſtianus ſi bos eius aliquem feriendo. uel equus calcem iaciendo aliquem ſine culpa ſua occidat. aut non deberent Chriſtianorũ boues habere cornua aut equus ungulas. aut dẽtes canes: aut uero quoniam Paulus apoſtolus ſatis egit ut in tribuni notitiam deferret inſidias ſibi eſſe a quibuſdã perditis preparatas. & ob hoc deductores accepit armatos. ſi in illos ſcelerati homines incidiſſent Paulus in effuſſione ſanguinis eorum. ſuum crimẽ agnoſceret. abſit ut ea que propter bonum ac licitum facimus aut habemus. ſi aliquid propter hoc preter noſtram uoluntatem cuiq; mali acciderit nobis imputetur. alioquin neq; ferramẽta domeſtica aut agreſtia ſunt habenda. ne quis ex eis ſe uel alterum interimat neq; arbores plantande. ne quis ex eis ſe inde ſuſpendat. neq; feneſtra eſt facienda ne per hanc ſe quiſq; precipitet. & quid plura commemorem: cum ea commemorando finire non poſſem? quid eſt in uſu hominum bonum ac licitum. unde non poſſit pernities irrogari: hec cum accidunt demus eis humanum dolorem. & non propter illa ne acci-*

dant. recte factorum uoluntatem reprimamus. cum ſe ip
ſum perimere nulla legis auctoritate alicui permitatur. ū
de Augu. in li. primo de ciuitate Dei. ſi non licet priuata
poteſtate alicui hominem occidere innocentem cui occiden
di licentiam lex nulla concedit. profecto etiā qui ſe ipſum
occidit homicida eſt & tanto nocentior cum ſe occiderit
quanto innocentior in ea cauſa fuit qua ſe occidendum pu
tauerit nam ſi iude factum merito deteſtamur. cuius ueri
tas iudicat cum laqueo ſe ſuſpendit ſcelerate illius traditio
nis auxiſſe potiusq̄ expiaſſe commiſſum. quoniam de dei
miſericordia deſperando exitiabiliter penitens nullum ſi
bi ſalubris penitentie locum reliquit quantomagis a ſua ce
de ſe abſtinere debet qui tali ſuplitio quod in ſe puniat nō
habet. iudas. n. cum ſe occidit ſceleratiſſimum hominem oc
cidit. & tamen non ſolum Chriſti uerum ſue mortis re-
us hanc uitam finiuit. quia licet propter ſcelus. alio tamen
ſuo ſcelere mortuus eſt. cur autem homo qui nil mali fecit
ſibi male faciat & ſe ipſum interficiendo hominem inter
fitiat innocentem ne alium patiatur nocentē atq; in ſe per
petret peccatum proprium ne in eo perpetretur alienum?
item in ſanctis canonicisq; libris nobis nuſq̄ diuinitus pre
ceptum permiſſum ue. reperiri poteſt. ut uel ipſius adi-
piſcende in mortalitatis uel ipſius mali cauendi curandi
ue cauſa nobis metipſis necem inferamus. nam & probi

bitos nos eſſe intelligendũ eſt ubi lex ait non occides. preſertim quia nõ addidit proximum tuum ſicut falſum teſtimonium cum uetaret. falſum, n. inquit teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum. neq; ideo tamen aduerſus ſe ipsum ſi quiſq; teſtimoniũ dixerit falſum ab hoc ſe putauerit crimine alienum quoniam regulã diligendi proximum a ſemetipſo incipit. quoniam quidem ſcriptum eſt diliges proximum tuum ſicut te ipſum. porro ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt qui de ſe ipſo falſum fatetur q̃ ſi aduerſus proximum hoc faceret. cũ in eo precepto quo falſum teſtimonium prohibetur aduerſus proximum prohibeatur poſſitq; non recte intelligentibus uideri non eſſe prohibitum. ut aduerſus ſe ipsum quiſq; falſus teſtis exiſtat. quanto magis intelligendum eſt non licere hominem ſe ipſum occidere cum in eo quod ſcriptum eſt non occides nichil de inde adito neq; ipſe cui precipitur intelligatur exceptus. item contra Petilianum. tu dixiſti laqueo traditor periit. laqueum talibus dereliquit. hoc ad nos omnino pertinet neq;. n. ueneramur nomine martirum eos qui ſibi collum ligauerunt. item Ihero. in Ie. prophe. non eſt noſtrum mortem arripere ſed illatam ab aliis libenter accipere unde etiam in perſecutionibus nõ licet michi propria perire manu abſq; eo. i. neq; ubi caſtitas periclitatur ſed percutienti colla ſubmittere. unde ex conci. bracha. placuit ut hi

qui ſibi ipſis uoluntarie aut per ferrum. aut per uenenum. aut per precipitium. aut per ſuſpendium uel quolibet modo inferunt mortem, nulla prorſus pro illis oblatione cōmemoratio fiat neq; cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur multi. n. ſibi hoc per ignorantiā uſurpant. quod. & illis placuit fieri qui pro ſuis ſceleribus moriuntur impenitentes, ad quod et Augu. ubi ſupra hoc dicimus hoc aſſerimus hoc modis omnibus aprobamus neminem ſpontaneam mortem ſibi inferri debere. uelut fugiendo moleſtias temporales ne incidat in perpetuas. neminē propter peccata aliena. ne hoc ipſo incipiat habere grauiſmum peccatum proprium. neminem propter ſua peccata preterita que magis in hac uita, opus eſt ut poſint penitendo ſanari. neminem uelut deſiderio melioris uite que poſt mortem ſperatur quia reum ſue mortis melior uita poſt mortem non ſuſcipit. cum preceptum ſit non occides neq; te neq; alterum. neq;. n. qui ſe occidit alium q̄ hominem occidit. quaſdam uero exceptiones eadem ipſa diuina facit auctoritas. ſilicet his exceptis quos ipſe deus occidi iubet, ſiue data lege ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione. ſiue ipſe qui occidit miniſterium debeat iubēti. ſicut adminiculum gladius utenti. & ideo nequaq̄ contra hoc preceptum fecerunt qui Deo auctore bella geſſerunt. aut perſonam gerentes publice poteſtatis ſecundum ius legis hoc

eſt iuſtiſſime

eſt iuſtiſſime rationis imperium.ſceleratos morte punie-
runt. & Abraam non ſolum non eſt culpatus crudelita-
tis crimen uerum etiam laudatus eſt nomine pietatis.quod
uoluit filium ne quaquam ſcelerate ſed obedienter occidere. &
merito queritur utrum pro iuſſu Dei habendum ſit. quod iep
te filiam que occurit patri occidit.cum id uouiſſet immolatu
rum quod ei uictori redeunti deprelio primitus occurriſſet.
neque ſanſon aliter excuſatus quod ſe ipſum cum hoſtibus rui-
na domus opreſſit niſi quia Spiritus latenter hoc in ſeruit
qui per illum miracula faciebat.his igitur exceptis quos uel
lex iuſta generaliter uel ipſe fons iuſtitie Deus ſpetialiter
iubet occidi:quiſquis hominem uel ſe ipſum uel quemlibet oc
ciderit homicidii crimine innectitur,ex his omnibus colligi
tur quod uindicta eſt inferenda non amore ipſius uindicte
ſed zelo iuſtitie non ut odium exerceatur ſed ut prauitas
corrigatur.obiicitur tamen illud.quod nemo eſt cogendus
ad id ad quod in utiliter cogitur,ad bonum autem quiſque in
utiliter cogitur.cum Deus aſpernetur coata ſeruitia:unde
apoſtolus cum ad elemoſinas corinthos hortaretur ait unus
quiſque det pro ut deſtinauit in corde ſuo non ex triſtitia aut
ex neceſſitate hilarem.n.datorem diligit Deus. unde da-
tur intelligi quod qui inuitus dat propter preſentem pudorem
uel honorem rem & meritum perdet.item cum redderet
cauſam quare a ſumptibus abſtineret.ait ſi ex neceſſitate

euagelizauero non erit mihi gloria.item ſi inuitus euãgelizauero diſpenſatio michi credita eſt ſi autem uolens hoc ago mercedem habeo apud Deum.item cum gala.ſcriberet legalia non eſſe tenenda ait.ſi ſpiritu Dei ducemini non eſtis ſub lege ex quo aparet.cum qui ſub lege eſt.i. qui timore pene non amore iuſtitie ſeruit non duci ſpiritu ſãcto: ſi autem ſpiritu ſancto non ducitur Deo placere minime ualet.item non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater.ex quibus uerbis datur intelligi ꝙ ſi in ueteri teſtamento timore pene homines cogebantur ad bonum.tamen in nouo teſtamento.ſola libertate & delectatione iuſtitie ſunt inuitandi ad fidem.unde illi dicũtur ſerui & filii ancille pertinentes ad Iſmael.iſti dicũtur liberi & filii libere pertinentes ad Iſaac.item Ioan. in epiſtola ſua.timor non eſt in charitate.ſed perfecta charitas foras mittit timorem.qui autem cogitur timore illo ducitur qui non eſt in charitate qui.n.animus comprimit non animũ mutat quo pena timetur non bonum diligitur.porro ſine dilectione boni nullus Deo placere uel in numero bonorum con numerari poterit.unde cum prophe.diceret animalia tua habitabũt in ea.ſcilicet hereditate oſtendẽs quomodo ad ipſam habitationem perueniant ſubditi,indulcedine tua quam preparaſti pauperi Deus.dulcedinem uo-

cans boni operis ſuauitatem qua bonum ſit non timore pe-
ne ſed delectatione iuſtitie cum ergo ſine hac dulcedine ani
malia in hereditate n̄ ohabuēt. patet ꝙ nemo niſi in utili-
ter ad bonum cogitur. quicunq;.n. ad bonum cogitur ſolo
timore non amore ducitur, his ita reſpondetur ſi bonū ad-
quod mali coguntur. ſemper inuiti tollerarent & nunꝗ
uoluntarie ſeruirent inutiliter cogerētur ad illud. ſed quia
humane nature eſt & ea que indeſuetudinem ducuntur:
ab horrere & conſueta magna cuſtodia diligere, flagellis
tribulationum mali ſunt cohibendi amalo & prouocandi
ad bonum ut dum timore pene malum indeſuetudinem du
citur ab horreatur. bonum uero ex conſuetudine dulceſcat
unde Augu. in psal. c. 27. cum per timorem gehenne con-
tinet ſe homo a peccato ſit conſuetudo iuſtitie & incipit
quod durum erat amari & incipit excludi timor a chari-
tate & ſucedit timor caſtus de quo hic dicitur quo time-
mus ne traſcat ſponſus ne diſcedat ne eo chareamus. ille
utilis. ſed non permanet in eternum ut iſte. hinc. & con-
tra petilia. ad fidem nullus eſt cogendus ut dicitis. ſed per
ſeueritatem immo per miſericordiam Dei tribulationū fla
gellis ſolet perfidia caſtigari. nunquid mores optimi quia
libertate uoluntatis eliguntur. ideo mores peſſimi nō legis
integritate puniuntur: ſed tamen ultrix male uiuendi diſ-
ciplina pre poſtera eſt niſi cura precedens bene uiuendi

doctrinam pretendat. ſic igitur que aduerſus uos leges conſtitute ſunt non eis bene facere cogimini ſed male facere prohibemini, nam bene facere nemo poteſt niſi eligerit niſi curauerit. quod eſt in libera uoluntate. cum aliquid aduerſus uos fit, admonere uos credite ut cogitetis quare iſta patiamini ſi propter iuſtitiam. reuera illi perſecutores ueſtri ſunt beati autem uos qui perſecutionem pati eſtis propter iuſtitiam quia poſt debitis regnum celorum. ſi autem propter iniquitatem ueſtram illi quidem correptores ueſtri sũt uos autem ſicut ceteri diuerſorum ſcelerum rei qui penas legibus pendent profecto. infelices & in hoc & in futuro ſeculo niſi peniteamini. item in epi. ad uincen. uides ut opinor non eſſe conſiderandum ꝙ quiſ cogitur, ſed quale ſit illud. ſi cogitur utrum, bonum an malum, non ꝙ quis bonus poſſit eſſe inuictus. ſed timendo quod non vult pati, uel relinquit inpendentem animoſitatem. uel ignoratam compellitur agnoſcere ueritatem ut timens uel reſpuat falſum de quo contendebat uel querat uerũ quod neſciebat. & uolens iam teneat quod nolebat.

¶ Iuſtificatur ad idem & bellum ratione perſone, unde ad quintum, ut ſi non ſit perſona eccleſiaſtica quibus ut ſupra. non eſt licitum fundere ſanguinẽ. circa quod ſciẽdum ꝙ clerici nõ poſunt pugnare manu propria. quia ſunt ad

meliora deputati. neq; in ipſo actuali conflicto. neq; ante poſunt exhortari ad occidendum uel mutilandum. ſed ſolum ad liberandum fidem uel patriam. licet tamen prelatis eccleſie ab Imperatoribus uel quibuslibet ducibus fidelibus defenſionem poſtulare quibus & ipſis poteſtatibus fidem ſeruari oportet. quam qui non exhibuerit apud Deum premia inuenire non poterit unde Ibero. ſi apud carnales Dominos in minimis fideles fuerint incipient eis apud deum premia maiora conmitti ornat autem dotrinam Domini qui ea que conditioni ſue apta ſunt facit. e diuerſo confundit eam qui non eſt ſubiectus in omnibus & cui conditio ſua diſplicet. qui cōtradittor atq; fraudator in nullo bonam fidem oſtendit quomodo. n. poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia dei qui carnali Domino fidem exhibere nō potuit. propterea ſicut principibus & poteſtatibus fidem exhibere cogimur ita ſecularium dignitatum adminiſtratoribus defendendarū eccleſiarū neceſitas incumbit, q̄ ſi facere contempſerint a communione ut ſupra ſunt repellendi. licet. n. & primum exemplo beati Gregorij. dicentis uelloci magiſtro. ut pridem glorie ueſtre nōtificauimus quia milites illuc erant parati uenire. ſed quoniam inimicos congratos & huc diſcurrere epiſtola ueſtra ſignificauerat. hoc eos hec cauſa retinuit. nūc. uero utile eſt uiſum ut aliquāti illuc millites tranſmitantur. quos gloria tua admonere &

hortari ut parati ſint ad iuſtitiam & ad laborem ſtudeat. & occaſſione inuenta. cum glorioſis filiis noſtris Mauritio & Vitalio loquere. & quecunq; Deo auctore pro utilitate rei publice perſuaſerint facite. & ſi huc uel ad Rauene partes. neq; dicendum Arnulphum cognoueritis excurrere. uos ad orſo eius ita ſicut uiros fortes condecet laborare. quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in rei pu. Deo auxiliãte profitiat. illud tamẽ pre omnibus admonemus ut familiam. Aloim & Adbonaim. ac lugi diſruſim qui cum glorioſo magiſtro militum Mauritio eſſe noſcuntur ſine aliqua mora uel excuſatione relaxes quatenus uenientes illuc homines praedicti uiri ſine aliquo impedimento cum eis debeant ambulare. item eisdem Mauritio & Vitaliano. ſupliciter glorie ueſtre per filium noſtrum Vitalianum cum quo tractaueratis & uerbo & ſcripto mandauimus. x x. autem die menſis Iunij. Arnulphus hanc epiſtolam quam uobis direximus tranſmiſſit. & ideo relegentes eam uidete ſi in fide ſuannenſes quam rei publice promiſerunt perſtiterunt. obſidosq; dignos de quibus poſitis confidere ab eis accipite. & inſuper denuo ſacramentis eos aſtringite. reddẽtes eis quod loco pignoris abſtuliſtis ſermonibus ueſtris eos ſanantes. ſi autem maniſeſtiſſime cognoueritis eos cum Arnulpho de ſua ſubiectione locutos eſſe. uel certe obſides ei dediſſe. ſicut nos Ar-

nulphi epiſtola quam uobis direximus dubios reddit ſalub ri conſilio per tratantes ne in aliquo anima ueſtra uel noſtra de ſacramẽtis grauetur quicquid utile rei pu. iudicaueritis per agite. ſed ita faciat gloria ueſtra ut neq; ſit aliquid unde poſſimus ab aduerſariis reprehendi neq; utilitas noſtre rei publi. quod Dominus auertat negligatur, propterea glorioſi filii ſtote ſolliciti quia quãtum comperi hoſtis multitudinem habet collectam. in marchia dicitur reſidere ut ſi huc rurſum deo ſibi irato mitere uoluerit uel loca ipſius quantum uos Dominus adiuuauerit depredamini. aut certe ſcultas quos mitetis ſollicite requirant ne dolens factum ad uos diſcurrat. licet etiam, et cum beato Leone quoslibet ad ſui defenſionem contra aduerſarios fidei adhortari atq; ad uim infidelium procul arcendam quoſq; excitari dicenti ludo: Augu. igitur cum ſepe a ſarracenorum partibus aduerſa perueniant. nuntia quedam in Romanũ portum ſarracenos clam furtiueq; uenturos eſſe dicebant: pro quo noſtro congregari precipimus populũ. maritimũq; littus deſcendere decreuimus et egreſſi ſumus Romam idem exercitui Francorum, omni timore ac terrore depoſito, contra inimicos ſanctę fidei & omnium religionum aduerſarios, agere uiriliter. ſtudete nouit. n. omnipotẽs ſiquilibet ueſtrorum moritur q; pro ueritate fidei & patrie ſaluatione atq; defenſione Chriſtianorum mortuus eſt, ideo

ab eo premiam celeſte conſequitur. item alcuinus hortatu & precibus Adriani Romane urbis Epiſcopi exhortatus eſt. Charolus rex bellum contra longobardos ſuſcepit quod prius quidem & a patre eius Pepino Papa ſupplicante cum magna dificultate ſuſceptum eſt, bis igitur exẽplis & premiſſis auctoritatibus claret. ꝙ ſacerdotes & ſi propria manu arma aripere non debeant tam. n uel his quibus huiuſmodi offitia comiſſa ſunt perſuadere uel quibuslibet ut ea arripiant ſua auctoritate in his ualent impetrare hinc & hoſti. dicit prelatorũ auctoritate poſſe fieri bellum precipue pro fide uel contra eos qui excõmunicati pro mortali parere nolunt & pro iniuria ſubdictorum ſuorum de qua iuſtitia non fit. unde Augu. ait. Maximianus uagien Epiſcopus auxiliũ petit ab Imperatore Chriſtiano non tã ulciſciſcendi cauſa ꝙ tuende eccleſie ſibi credite. quod ſi pretermiſiſet nõ eius fuiſſet. laudanda patientia. ſed neglientia culpanda. ſicut legitur de beato Paulo ut ſupra, licet etiam & alios quaſi iniuriantes. in bello capere. ut nõ. Inno. in. c. dilectus de appe. &̃ indi. c. ſicut. non tamen debent indicere bella contra iudeos. unde Alexan. Papa. omnibus Epiſcopis Hiſpanie. diſpar ni mirum eſt iudeorum & ſarracenorum cauſa. in illos. n. qui Chriſtianos ſequuntur & ex urbibus & propriis ſedibus pellunt iuſte pugnãtur. hi uero ubiqꝫ ſeruire & parati ſunt.

itaqꝫ

itaq̧ iuncta glo. in hoc iuſta cauſa indigetur ſaltim quo ad eccleſiaſticos. igitur cum hec. pro defenſione. nam & alias poſſunt eſſe in ipſo actuali conflictu unde. Leo. ſcire uos oportet q̄ ab aliquibus, noſtros homines ſini uimus opprimi. ſed ſi neceſſitas ulla incurrerit preſentialiter uindicamus. quia noſtri gregis in omnibus ultores eſſe debemus & precipui adiutores. neq̧ inferiores ſine eius licētia maxime cum uocantur ad bella ſecularia ſecus, ſi iura ſua defendant ſecundum Io. de ligna. hinc Gelaſius Papa Elipidio Epiſcopo. quo auſu qua temeritate reſcribis ad Rauennam te parare proficiſci cum canones euidenter precipiāt nullum omino potificum niſi nobis ante uiſis. atq̧ conſultis ad comitatum debere concedere. quem admodum tibi putas licere q̄ non licet niſi q̄, offitio carere feſtinas quo his exceſſibus te oſtendis indignum: item ex cō. antio. ſi quis Epiſcopus uel presbiter uel omnis omino qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus prepter conſilium & literas eorum Epiſcoporum qui ſunt intra prouintiam & maxime metrapolitani ad Imperatorem perrexerit. hunc abdicari & eiici non ſolum de comunione debere ſed etiā propria dignitate priuari decreuimus tanq̄ moleſtum & inportunum imperialibus auribus. contra eccleſiaſtica inſtituta, reprehenduntur ergo a Nicolao & a Gelaſio Epiſcopi quoniā Apoſtolica auctoritate contempta potius ar

Q

ma ſequi eligerant ꝙ Apoſtolico conſpectui ſe repreſen tarẽt ꝙꝙ proficiſcentes ad comitatum poſunt intelligi non ſecuti Imperatorem ut armis eum auxiliarentur. ſed ut ip ſum cum exercitu ſuo quotidianis orationibus Deo comen dent cum efuſionem ſanguinis nulli Epiſcoporum ſua uel Imperatoris auctoritate imperare licet. in quo caſu aucto ritas illa ſardicenſis cõcilii loqui uidetur. ubi cuſium Epis copum dixiſſe legitur ſi uobis fratres chariſſimi placet de cernite ne Epiſcopi ad comitatum accedãt niſi forte hi qui a religioſis Imperatoribus, uel inuictati uel uocati fuerint. ſed quoniam ſepe contigit ut ad miſericordiam eccleſie con fugiant qui iniuriam patiuntur ſi non eius inmunitate abu tantur. & qui peccantes in exiliũ uel in inſulas dannan tur. aut certe quamcunqꝫ ſententiam ſuſcipiunt. ideoqꝫ ſub ueniendum eſt hiis & ſine dubitatione eis eſt petenda per eccleſiam. indulgentia unde in Toletano conci. legitur. ſepe principes contra quoslibet maieſtatis obnoxios ſacerdoti bus negotia ſua comitunt. quia uero ſacerdotes a Chriſto adminiſterium ſalutis electi ſunt. ibi conſentiant fieri a re gibus iudices ubi iure iuran. ſupliciis indulgentia premiti tur non ubi diſcriminis ſententia preparatur. ſi quis ergo ſacerdotum contra hoc comune conſilium diſcurſor in alie nis periculis extiterit ſit reus effuſſi ſanguinis apud Chri ſtũ. & apud eccleſiam proprium perdat gradum. itaqꝫ

ſecundum Pano.in.c.quod in dubiis depe. ſuppoſito ꝙ cle
rici ſint in habiles ad pugnandum ut ſupra etiam contra
ſarracenos & infideles ut in.c.ex multa deuo. & in.c.
conuenior.23.q.8.quod intelligitur niſi oprimerentur &
non poſint aliter euadere mortem.nam procedit quod ſu-
pra dictum eſt de dicta clemen.ſi furioſus. Inno. uaria-
uit in matheria capituli.cum primo dixit ꝙ ſi prelatus in
tereſt in ipſo conflictu & incitat alios dicendo pugna-
te fortiter. & mittit uoces exhortando eos ad pugnam.
ꝙ forte talis incurrit iregularitatem.immo ſine forte ſecū-
dum hoſtien.ſi inde ſequatur mors uel membri mutilatio.
ſed quia predittis obuiare uidentur capi.penul.de homi.et
de clerico percu.c.ulti.dixit poſtea ꝙ cauſa defenſionis
poſunt clerici intereſſe.ipſe tamen tenet ꝙ ſi iuſta cauſa
inferendi bellum.eſt iurisditio temporalis non debent in
tereſſe & procedunt ſuperius dicta.ſed ſi cauſa defenſio-
nis neq; erat neceſitas in euitabilis ſi ſequitur morte vel
membri mutilatio ex propria percuſione efficitur iregula
ris.ſecus ſi nō ex percuſſione ſua ſed aliorum ut indi.iuri.
tamen hoc iuxta ſupradicta habebunt locum in defenſio-
ne perſone.hinc & beatus Tho.ſecunda ſecunde.q.40.
dicit ꝙ prelati & clerici poſunt ex auctoritate ſuperioris
intereſſe bellis non quidem ut pugnent manu propria ſed
ut iuſte pugnantibus ſubueniant ſuis exhortationibus &

abſolutionibus & aliis huiuſmodi ſpiritualibus ſubuectionibus ſicut & in ueteri lege mandabatur q̄ ſacerdotes ſacris bocinis in bellis clangerent. & ad hoc fuit cōceſſum q̄ Epiſcopi uel clerici ad bella procederēt q̄ autem propria manu pugnent abuſionis eſt, unde clericus qui iuit recte cū aliquo habente iuſtum bellum & inde aliquid a ſecutus eſt de bonis hoſtium. ſi dattun fuit illi ab eis quibus licuit rapere, poteſt illud retinere ar. c. ut pridē. 23. q. 8. ſi uero ipſe rapuit tenetur ad reſtitutionem. dannificato quidem ſi ſit. alioquin pauperibus. quia ſicut bellandi ita rapiendi non potuit ei indicens auttoritatem dare. poſſet tamen retinere de conſenſu illius qui iuſte pugnauit ſi conſenſerit dū guerra durat. quia per inde eſt ac ſi ipſe dominus rem illam ei dediſſet ſecundum. monal. ſed hec ſecus in indicēti bus bella ratione temporalis iuriſditionis iuxta predicta ſupra quo ad defenſionem. ecce. n. q̄ Nicolaus Papa prohibet Epiſcopos ſeculari militia, ocupari neq; etiam cōtra maritimos piratos permitit eos ad pugnam accedere. quomodo ergo leo aduerſus ſarracenos urbem egreditur & ut eos procul alictore arceat populum undiq; cōuocat & ſuorum iniurias preſentialiter uindicat atq; cum Gregorio milites ad arma inuitat? ſed ulterius notandum eſt quoſdam Epiſcopos leuitica tantum portiōe eſſe cōtentos. qui ſicut in dei ſorte tantum numerantur, ſic ipſum Deum ſolum

modo in hereditatem accipiunt dicentes Dominus pars hereditatis mee, his niehil eſt comune cum principibus ſeculi quia tēporalia penitus abiiciunt ne eorum occaſione legibus Imperatorum obnoxii teneātur, talibus nulla occaſſio relinquitur, occupationis ſecularis militie. quia cum de decimis uiuūt tamꝙ filii ſummi regis. in omni regno a terrenis exattionibus liberi ſunt. ita ut dicere ualeāt uenit princeps huius mundi & in nobis non habet quicꝙ, porro alii ſunt qui non contenti de decimis & premitiis predia uillas & caſtella & ciuitates poſſident ex quibus Ceſari debent tributa, niſi Imperiali benignitate in munitatem ab huiuſmodi promeruerint, quibus a Domino dicitur reddite que ſunt Cæſaris Cæſari & que ſunt Dei Deo. quibus & Apoſtolus. reddite hominibus debita cui tributū tributum cui uectigal. uectigal. hinc et doĉto. maxime Inno. no. indi. c. ꝙ in dubiis, rōne hmōi tēporalis iurisdictionis prelatos poſſe indicere bella. ūde ambro. cōuenior ipſe a comitibus ut prime baſilice fieret matura traditio. dicētibus Imperatorem iure ſuo iuſiſſe traddi debere ut pote in cuius poteſtate eſſent omnia. reſpondi, ſi a me peteret quod meum eſt .i. fundum meum argentum meum & huiuſmodi meum me non refragaturum ꝙꝙ omnia que mea sūt ſint pauperum. uerum ea que diuina ſunt. Imperatoria poteſtati non ſunt ſubieĉta. ſi patrimonim petit inuadite. ſi corpus occur

tam. vultis in uincula capere vultis in mortem voluntas
eſt mihci non ego me ual labo circunfuſſione populorum
neq; altaria tenebo uitam obſecrans.ſed pro altaribus in-
molabor.horrebam quippe animo cum armatos ad Baſili-
licam eccleſie,ocupandam miſſos cognoſcerem.ne dum po
pulus Baſilicam uendicat aliqua ſtrages fieret que imper
nitiem totius ueniret ciuitatis orabam ne tante vrbis vel
potius totius Italie buſto ſuper ueniret.&c.i.mandatur
trade Baſilicam.hoc eſt dic aliquod uerbum in Deum &
morere.neq; ſolum dic aduerſus Deum ſed etiã fac aduer
ſus Deũ.mandatur trade altaria Dei.cogemur igitur pre-
ceptis regalibus.ſed confirmamur ſcripture ſermonibus.
que reſpondit tamq̃ una ex inſipictibus locuta eſt et ideſt
quid ergo turbamini.uolens nunq̃ uos deſeram coactus re
cuſare nõ noui.dolere potero flere potero.gemere potero
aduerſus arma.milites gotos quoq;.lacbrime mee arma ſũt
talia.n.ſunt munimenta ſacerdotis aliter neq; debeo neq;
poſunt reſiſtere.utinam eſſem ſecurus q; eccleſia hereticis
minime traderetur ad palatium Imperatoris irem libẽter.
ſi hoc congrueret ſacerdotis offitio ut in palatio magis cer
tarem q̃ in eccleſia.ſed in conſiſtorio non ſolet Chriſtus
reus eſſe ſed iudex.cum fidei agenda in eccleſia quis abnu
at.ſi quis confidit huc ueniat &c.i.allegatis Imperatori
licere omniaq; ipſius eſſe uniuerſa.reſpondeo noli graua-

re te Imperator. ut putes te in ea que diuina ſunt Imperiale aliquod ius habere. nolli, te extollere ſi uis diutius imperare. eſto Deo ſubiectus. ſcriptum eſt que Dei Deo que Ceſaris Ceſari. ad. Imperatores palatia pertinēt. ad ſacerdotes eccleſie. publicorum tibi menium commiſſum eſt nō ſacrorum. item dicitur michi mandaſſe Imperatorem debeo & ego unam baſilicam habere. reſpondeo non licet tibi ullam habere. quid tibi cum adultera? adultera eſt. n. que nō eſt legitimo Chriſti coniugio copulata. nabute ſanctum uirum poſſeſſorem uinee ſue. ſcimus interpellatum petitiōe regia. ut uineam ſuam daret. ubi rex ſuceſſis uicibus. olus uile ſereret. cumq; reſpondiſſe abſit ut ego patrum meorum tradam hereditatem. regem contriſtatum eſſe ꝙ ſibi eſſet alienum ius relatione iuſta negatum, ſed muliebri cōſilio deceptum morte in agrum uentiſſe. ſanctus. n. nabute uites ſuas uel proprio cruore defendit. ſi ille uineam non traddidit ſuam nos trademus uineam Chriſti? quid igitur ame reſponſum eſt. contumaciter dixi. n. conuentus. abſit a me ut traddam Chriſti hereditatem. non tradidit nabute ſuam & ego tradam Chriſti hereditatem? ſed hoc addidi abſit ut tradam hereditatē dioniſii qui in exilio cauſa ſi dei defuntus eſt. hereditatē euſtochij confeſſoris. hereditem mirocletis. atq; hereditatem omnium fidelium retro Epiſcoporum reſpondi ego quod ſacerdotis eſt ſeciam. quod

Imperatoris eſt faciat Imperator. prius eſt ut animam michi q̄ fidem auferat. tributum Ceſaris eſt non negatur. ei. eccleſia Dei eſt Ceſari utiq; non debetur. quia ius Ceſaris eſſe non poteſt templum Dei. quod cum imperatoris honorificentia dictum. nemo poteſt negare. quid. n. honorificetius q̄ quod imperator filius eccleſie eſſe dicatur. quod. n. dicitur ſine peccato dicitur & cum gratia dicitur. Imperator. n. intra eccleſiam eſt. querit auxilium ab eccleſia. non refutat eccleſia. ſi de me aliquid compelleretur aut poſceretur. aut fundus. aut domus. aut aurum. aut ergentum. id quod mei iuris eſſet libenter, offerem. templum domini nichil poſunt neq; decerpere neq; tradere cum illud cuſtodiendum non tradendū acceperim. de inde conſulere etiā Imperatoris ſaluti, oportet quia neq; michi expediret tradere neq; illa accipere. accipiat uocem liberi ſacerdotis ſi vult ſibi eſſe conſultum recedat a Chriſti iniuria hec plena humilitatis ſunt. & ut arbitror plena effectus eius quem Imperatori debet ſacerdos. item Vrba. Papa. tributum inore piſcis piſcante Petro inuentum eſt quia de exterioribus ſuis que pallant cuntis apparent eccleſia tributum reddit, non autem totum piſcem iuſſus eſt dare ſed tātum ſtaterem qui in ore eius inuentus eſt. quia non eccleſiam dari Imperatori. non Pontficalis apex qui in ore capitis eccleſie preeminet ſubiici poteſt regibus. ſed ſane ut di-

ximus

ximus quod in ore piſcis inuentus pro petro & Domi-
no dari iubetur. quia de exterioribus eccleſie. quod conſti-
tutum antiquitus eſt pro pace & quiete qua nos tueri &
defenſare debent. Imperatoribus per ſoluendum eſt. q̃uis
& huiuſmodi non uideantur Imperialibus exactionibus
ſubiicienda. hinc & Calix. Papa ſub diſtrictione anathe
matis prohibemus & eccleſias a laicis incaſtellari aut in
ſeruitutem redigi auctoritate Apoſtolica. prohibemus.
quod & Archi. in. c. ſanctorũ intelligit ad ofendendum,
ſecus a defenſionem bonorum & eorum qui ad eas confu
giunt in caſu licito cui concordant, Inno. & Hoſtien. &
quaſi comuniter ut dicit Panor. tranſeunt cum hoc doct.
ar. c. cum eccleſia de inmu. eccleſie. ut in. c. 2. de cuſtodi.
eucha. licet Hugo. intelligat ꝙ in caſtellari non debeat etiã
a clericis etiã propria defenſione ut, ofendentibus reſiſta-
tur. ſed hoc habebit locũ ſtante magna ſtrage ut ſupra. per
Ambro. ſed ſi ſunt in caſtellate ab habentibus iniuſtum
bellum illiciteq; eius refugium habentes. ſi aduerſarii co-
rum eas incendiunt uel euertant non tenentur ad emẽdam
etiam ſi ex propoſito uel ſi non ex propoſito ſed caſu. pre
ter uoluntatem licet non propter ſcientiam. ſicut quando
dux ſcit eccleſiam conburendam cum reliquis edificiis ta-
men ſi poſſet eam uellet non conburi. iuſte: bellantes pre-
ſtant. operam rei licite incendendo hoſtium machinas ſi ali

ter comode capere eos non poſunt. de eccleſia uero eas res rapere poſſunt que regulantur cum predicta defenſione ut patet ex ſupra dictis. & ſecundum Guido. & Hoſtien. promotio huiuſmodi bellantium regulatur ſecundum iuſtitiam belli non data propria, occiſſione uel mutilatione in qua quo ad iuſte bellantes diſtinguitur pro ut ſupra in di. Cle. ſi furioſus. quo ad iniuſte ſine diſtinctione nam imputatur iniuſte bellantibus propter culpam precedentem & ita non poſſunt promoueri. 15. q. i. c. vlti. & de clerico percu. preſentium de homi. continebatur. Ray. cū talibus credit poſſe diſpenſare Epiſcopum dūmodo neq͡ mors neq͡ mutilatio membri fuerit ſubſecuta. ſed forſam ueritas eſt incontrarium immo ꝙ tales non ſint irrigulares. nam ſuppoſito ꝙ nunꝗ ſit quis irrigularis niſi in caſibus a iure expreſſis hic non eſt expreſſus cum deficiat factum in quo lex promotionis conſiſtit ſecundū Archi. in. c. omnes 17. q. 4. allegan. c. fina. 15. q. i. cui concordat Hoſtien. neq͡ poteſt intelligi de facto proprio uel alieno. ſed poteſt dici ꝙ factum quod de per ſe non ſuficeret ſuficiat cum adminiculo fatti alieni iuxta queſtio. ſpe. intitu. de lega. § . iuxta propoſitionis. uer. ſed quid. & ita in caſu noſtro poſſumus cōſiderare, ¶ his igitur cōcurrentibus bellum dicitur iuſtum. ſed cum Hoſtien. dicat ꝙ regulariter omne bellum iniuſtum preſumitur & dannatum. c. primo de pur. cano.

l.i.C.de gladi.li.11.intelligendus eſt ſecundum Panor. ubi ſupra.ſi indicitur a principe recognoſcente ſuperiorē ſine eius auctoritate.ſecus a principe ſumo in quo legitimā preſumitur ēe cauſam. iuxta notata per docto.cano.in.c. que in eccleſiarū de conſtitu.in.l.preſcriptio.et.l.fina C. ſi contra ius.uel uti.pu.hinc ex predictis.omnibus.aucto ritatibus multa per docto.habentur & primo reſpectu dāni.ꝙ huiuſmodi belli natura eſt.ius poſt liminii quod eſt ius amiſſe rei recipiende ab extraneo in ſtatū priſtinum reſtituende moribus legibusq; conſtitutum ut dicit tex.in. l.poſt liminium.ff.de capti.quod quidem ius quātum ad res ſeruandū eſt ut ſcilicet his qui aliqua perdidit in bello iuſto quantum ad eum ſi recapiantur integre reſtituantur illi.ſed quod capti eficiantur ſerui quod eſt aliud,inter Chriſtianos hodie non ſeruatur unde nec in poſt liminio quo ad ſeruitutem ut notat Bar.ff.eo.l.Hoſtes ex,conſuetudine cui ſtandum eſt.ſic beſtie ablate ab hoſtibus & recuperate a noſtris ſtipendariis hiis quorum primo erāt reſtitui debent.l.ab hoſtibus.2.&.l.ſicut liberis.C.eo.que tamen propter uſum belli perdita erant de quibus in di.l. ab hoſtibus.neq; eis currit preſcriptio ut in.c.prima actio ne.16.q.3.de rigore tamen arma hiis qui uituperoſe amiſerunt non reſtituuntur quia ſic amiſerūt ut in.l.2.ff.eo. nec etiam ſecūdum conſcientiam cum in ignauium penam

lex ſic ſtatuerit ſi reſpectu uero commodi bona eſiciuntur capientium ſi ſunt mobilia quia alia publicãtur ſecundum Panor. ubi. ſupra, & .l. ſi captiuus. §. expulſis. ff. co. licet ad comune poni & aſſignari debeant capitaneo ut tribuat cuiꝗ ſecundum merita iuxta bar. in. l. ſi quid bello. ff. co. unde Ambro. in libro primo de patri. cum preda uſꝗ in poteſtate uictoris fuerit. decet militare diſciplinam ut regi ſeruentur omnia ſane bus qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſſe ſotietati partem emolumẽti tribuendam aſſerit tanꝗ mercedem laboris ut in. c. ius militare di. 2. niſi conſuetudo baberet ꝗ quiſꝗ ſibi retineat quod cepit nã tunc non tenetur aſignare cum illud intelligatur actum. quod eſt conſuetum. l. ꝗ ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edili edi. & boc de captis poſt uictoriam nam ante capta efficiuntur capientium. di. l. ſi quid in bello. binc monal. boſti. Ricar, ſi Domino iubente ſubditus iuſtum mouet bellum capta ab boſtibus niſi iuſta edictum Domini ſui non tenentur reſtituere. ſed ſi illud nouit iniquum ẽ ſit tenetur cum plus Deum ꝗ bominem timere debeat. indubio uero non tenetur quia excuſatur propter obedientiam. licet ſi forte Dominus male precepit peccauerit. c. quid culpatur 23. q. 1. Ray. conſentit data poſsibilitatis diligentie ẽ peritorũ conſulatione quibus nõ. ob. manſit nichilominus dubius. donec ſic permanet alioquin punietur aſectator igno-

*rantie ſicut expers ſcientie.c.cū inhibitio de clan.deſpon. cum autē bellum ſciuerit aut probabiliter crediderit iniuſtum omnia reſtituere tenetur omnia etiā que sūt conſumpta ſi ex dubietate nunq̄ fuit poſſeſor bone fidei.quia non excuſauit obedientia a reſtitutione recognita licet a peccato.ſecus autem ſi bellum iuſtum probabiliter credebat niſi quantum ex hoc ſit factus locupletior.l. certū.C. de rei. uendi.non tamen eſt idem de ſtipendariis cognatis amicis & huiuſmodi cum eos non excuſet obedientia neq̄ indubio debeant ſe comitere diſcrimini ut in alterius preiuditium iniuſte iuuent aliquem.14.q.5.deniq̄.unde ſtipendarius paratus eſt militare nō cogitās de iuſtitia uel iniuſtitia belli cum quocunq̄ ſed tantum de ſtipendio ſuo.eſt in malo ſtatu neq̄ debet abſolui niſi huic intentioni renuntiet. & ſecundū hoſti.his qui pugnauit iuſte ad prede reſtitutionē non tenetur ſed res ſit capientis ſi non animo craſandi uel malitioſe intulit damnum neq̄ alias ſibi conſulere poſſit. c.ſi de rebus.23.q.7.ex quo infertur q̄ cum debito principali non compenſantur capta in bello iuſto.quod archi. moderat in.c.Dominus noſter.23.q.2.dicens q̄ ſi unus ab alio in iuſto bello plurima ocupauit.& poſtea ille cuius res ſunt ocupate uult ſatisfacere.is qui ocupauit non tenetur reſtituere ocupata ad recipiendum ſatisfactionem quia quod quiſq̄ iure,ocupat iure gentium ſuum eficitur*

iniſti.de iu.gen.§.eaque.c.ius gentium.i.di.ꝙ uero aduerſarius dānari poſſit habetur in lib.feu.de inueſtitura quā titius accepit a ſempronio.§.fina.quod ſecundum monal. poteſt intelligi etiam in foro penitentiali.niſi acceperit uel dānificauerit ultra ꝙ̃ aduerſarius habuerit iniuſte de ſuo & quo uſq; ſecundum ſanam conſcieuciā ſit ſatis factum de iniuria debito uel intereſſe.niſi ſit talis hoſtis cuius propter hereſim uel aliud huiuſmodi eſſent bona publicata ut quaſi per totum.23.q.7.cum hic habeat locum compenſatio liquidi ad non liquidum.i.non conſtans per euidentem probationem.quando nihilominus illud non liquidum eſt certum non autem ſi ſit dubium.hinc & enim eſt ꝙ iniungitur penitētia pro furto comiſſo ſed non reſtitutionem.niſi aduerſarius ei reſtituerit ablata,& iniungitur penitentia ei qui ſubripuit decē a petro quia non leuiter credit uel dubitat eum ſibi ſurripuiſſe tantum dem.& hec.ſiue acceperit de rebus iniuſte pugnantis ſiue uaſſallorum ſiue hominum ſeruientium eum in huiuſmodi bellum iniuſtum: qui & ſecundum monal.& guillel.tenentur in ſolidum de ōni danno ſuo auxilio conſilio uel fauore dato argu.tex: in.c.fina.eadem.cauſa.q.8.& .2.q.1.notandū.17.q.4. omnes,ſecus ſi probabiliter ſunt credentes.cum eis hoſtes non plus feciſſe ꝙ̃ alias erant facturi nam tunc dannum proprium uel familie directe uel occaſſionaliter obligat ut

de eta. & qua .c. tuā. & de ſen. & re. iu. c. 1. itaq; obligatio inſolidum cadit in huiuſmodi quando. unus ſine alio non feciſſet alias quilibet tenetur pro danno quod intulit. habens uero iuſtum bellum ſi notabiliter fuit negligens quia uiriſimiliter potuit prouidere tenetur etiam ſuis de dannis aceptis aliter uero non cum ſe & ſua exponere teneātur pro domino. tenetur ſimiliter & omnibus quos uocauit niſi ex debito aut cauſa humanitatis uel conſanguinitatis uel mercedis. ut in di, c. non eſt inferenda cū ſequen. niſi procurauerit q eis ab aduerſariis danna reddantur. quo iuxta poſſe procurato abſq; libero conſenſu dannificatorum ſi uidet aliter ſe non poſſe habere bonum pacis aut periculis carere bellorum poteſt componere de huiuſmodi dannis ar. corū que notāur. in d. c. que in eccleſiarū & in di. l. fi. C. ſi cōtra ius uel uti. publi. quia utiliter gerit negotia ſubditorum. & ex cauſa rationabile etiam cōtra ea que ſunt de iure gentium in apparentia licet ſed in illo in exiſtentia principis poſſit ſtatuere & tollere rem unius & alteri traddere confiſcareq; bona ſubditorū propter delicta. & ita Imperator poteſt res priuatas quarū particulare dominium non habet diſponere ex cā. ut ibi ubi et panor. dicit cauſam ad hoc legitimam eſſe fauorem publicum ut. l. ita vulneratus. ff. ad, l. ac qui, que a fortiori hic ineſt, que. n. maior ratio poteſt eſſe q̃ bello carere quod

& confirmatur ſecundum hoſti. ex lege conuentionũ. ff. de pa. quod uerum eſt ſubditis non contra dicentibus neq; data poteſtate uincendi aut alias pacificandi dannis non remiſſis, & quo ad conſumpta ſecundum arch. quia ſtantia ſi bellum fuit iniuſtũ uel ſi ſublata ſunt ab his qui non poterant. habent ſi poſſunt ueris Dominis reſtituere alias tenentur pauperibus etiam indubio. neq; obtinet quo ad eccleſias pro ut comuniter docto. cum de hmõi ceſſet diſpenendi poteſtas, neq;. n. talis iuſte bellans inmunis eſt a reſtitutione ſi ſpoliauit perſonas eccleſiaſticas aut peregrinos niſi habita licentia. mortaliterq; peccat ſi non ſint uitu alia. & ut in. c. innouamus de tregu. & pa. rapina comititur quo ad ruſticos, ſubditi uero domini iniuſte bellantis directe uel indirecte non preſtantes auxilium conſilium uel fauorem non ſunt ſpoliandi neq; in aliquo puniendi unde reſpectu horum imminet reſtitutio ne pena excedat auctores, ex quibus ex adiuuamine dominico quãtum uictoriã permitit licet, unde a fortiori innocentes non ſubditi ſunt inmunes niſi hoc fieret prepter iuſte beallãtis intẽtionem puta non ualens capere ciuitatem dat eam ad ſaccum uel incendit non aliter potens punire multos nocentes niſi in uoluendo aliquos innocẽtes. qui ſine culpa licet non ſine cauſa puniuntur & ceſſet illud melius eſt nocentem inpunitum relinquere & cetera. aduertendũ tamen ad predicta

ad predicta q̄ ſecundum peccatum. nomine danni proprie & ſtricte uenit diminutio patrimonii per alium facta. l. 3. ff. de dan. infe. et ſic non ſpenſe facte propria uel etiam contra uoluntatē. quod uero habetur in propoſito per Dominū antoniū. in. c. q̄ ſuper his deuoto ubi ſecundum hoſtien. nō ſcit quomodo principes chriſtiani qui hodie inter ſe propria temeritate bella gerūt quod unus ab ātiquo poſſidet alius nouiter vſurpet. aut confeſſores eorum peccata & ſi notoria palpitent & eos abſoluant ut ab eis elimoſinas aut poſſeſiones accipiant. vnde cauendum infert ne cateruatim ruant ad inferna. & alios ſecum trahant cum & in talibus neget preſcriptionem. c. fina. co. titu. uerum eſt in terminis quibus loquitur. neq̄ ex hoc dannatur iuſtus titu. uel ſuficiens cauſa & legitima, ſi quis uero uocatus accedit in ſeruitium alicuius ad bellum ſi accedat uocatus & rogatus a domino. non autem proprio motu ſed gratis mandatum ſuſcipiens & incidit in danna ſi bellum ſit iniuſtum nullam habet actionem, cum in re turpi nulla contrahatur, obligatio in iſti man. § illud quoq̄. ff. eo. l. ſi remūnerandi. §. rei turpis. ſi uero iuſtum habet, actionem mandati contra Dominum. niſi appareat alia de gratuita cauſa hoc facere. quia tunc neq̄ ratione mercedis eam habet ſecundum panor. ar. tex. in. l. nenſentus. ff. de nego. ge, & di. c. non eſt inferenda & c. ſi quando. uel ſi ex lebi.

*to ut in.c.ſi Dominus & .c.Iulianus.11.q.3.quo ad quos omnes uolunt ſentire,obligatio admittere dubietatem in ex cuſatione quo ad damna ab eis illata ſed intellige.de uera dubitatione.& ſi oppona.ꝙ talia perduntur ſortuito caſu.ideo Dominum non teneri dico ꝙ non eſt impropoſito caſus fortuitus qui potuit et debuit preuideri cun ſimiliter iſta contingant in bellis·quorũ ſecundum docto.ubi ſupra uarius eſt euentus hinc Panor.ibi dicit ꝙ uocati a Domino qui ire non tenebantur agere poſunt contra uocãtem actione mandati etiam ad damna contingentia caſu fortuito dũ uerifimiliter contingere potuiſet quaſi uocans a principio hoc debuerit cogitare ſecus in caſu non cogitato ueriſimiliter ut.l.inter cauſas.§.non omnia.ff.manda quod in ſtipendariis non contingit ſine culpa ſaltim leui quia illud fit gratia utriuſ ꝗ,mandatum uero gratia mandantis tantum. qui ſi nolũt ſeruire uel per ſe toto tempore ſue firme cum ſit officium diuiſibile taliter ꝙ aliquo omiſſo reſiduum releuat non autem e contra ut in.l.2.C.delega.non perdent totum ſed ſolum pro futuro tempore ſoluto intereſſe ſi eſt & vbi labor non induſtria eligitur ſuficit per ſuſtiutum ſecundum Inno.in.c.cum bertoldus de re.iu. datta tamen equi ualentia.quod ut concor.ſit hoſti.ſecundũ Io.de ligna. fiat de domini cõſenſu que ſana licet de perſe. hoſti.epi.ſa uet temen difficultas,ſi uero aliqui accedunt animo obligã-*

di illum cuius negotium gerunt neq; ille contra dicit etiam ſi non iubeat agent negotiorum geſto. ubi ſuficit utiliter ceptum & geſtum. ille uero contra dicente nichilominus obligant eum utiliter incipiendo & feliciter conſumando ad ſimilitudinem eius qui extrahit aliquem inuictum de domo ruitura ut in di. c. ipſa pietas cum in uicto poſſit cōcedi beneficium ut. c. & qui emendat. 45. di. ſecundū glo. loquentem de medico. 83. di. que in ſuo caſu uerum dicit quando abſolute ſecus autem ſi electiue & ita intelligendum eſt q; quis non poteſt petere niſi pro benegeſtis āte probibi. C. de nego. geſti. l. fi. ſi autem accedūt ut obligati ad āiudicam animo diſoluende naturalis obligationis que deduci nō poteſt in ciuilem neq; ex ea excipi in iuditio de teſta. cum in, offitiis agent ad amiſſa ut ſupra, ſi uero animo ſpoliandi quis talibus dubitat nullam competere actionē cum nulla obligatio ſuper re turpi inducatur. l. ueluti. ff. de uerbo. ſi. n. propter gloriam conſequendam non eſt que cōpetat actio non mandati que non oritur niſi interueniente mandato, non negotiorum geſtorum quia non eius animo gerendi negotia immo propria. ſi. n. locant operas ſuas ceſante pacto ſpeciali aut conſetudine aut illicito uſu non tenetur cōductor & ſi aliquid amittatur. l. ſi quis domum. ff. loca. ſubditorum autem obligatio accedendi etiam ratione feudi ceſſante alia ſpeciali cauſa ueluti feudi prouenit & ex-

*concurſione cauſe & uoluntatis domini que faciũt iuſtum uel iniuſtum bellum iuxta ſupradicta ar.tex in.c. de forme.22.q.5.ſi uero Dominus inuaditur timore ſubitaneo & in prouiſo omnes acti ad pugnam & cuſtodiam etiam clerici in ſubſidium tenentur ut ſupra.ar.di.c.omni timore &.c.peruenit de inmu. eccle.& quod ibi nota.alias tenentur per dictum.c. deforma uaſalli proprie dicti & milites ueri ut in.l.penul.ff.ex quibus.cau.maio.quiturãt poſita per glo.ibi,ſubditti uero ratione originis aut domicilÿ tamen nil ab eo tenentes milites q́ non ueri ſed reſpectu honoris qui nichil promittunt et alii dummodo Dominus de per ſe ſuficiat ex reddítibus quos habet a loco cũ propterea eos et gabellas habeat ut ipſos defendat ideo non sũt propter hoc compellendi ar.di.c.principes,&.c. reguum dat tauero inſuficientia de per ſe omnes tenentur ut in di. c.ſi nulla &.c.omni timore.licet ſi ſint uocati & preſtentur ſumptus ſi poſſunt teneãtur niſi excuſati amuneribus perſonalibus ſi ſecundum Io.de ligna.hoc ſit pro conſeruatione ſtatus.cum uero opem non ferat qui peccando adiuuat.14.q.6.ſi res,milites ueri & uaſſalli proprio iuuare non tenentur Dominum comitentem in.l.Iuliam maieſta. iux.l.1.eo.ti.&.6.q.1.§.uero quia neq́ preceptum eos excuſat.c.ſi Dominus.2.q.3.neq́ ſacramentum ligat cum non debeat eſſe uinculũ iniquitatis.c.inter cetera .22.q.3.*

concurrentibus.n.mandatis talis D̄ni & ipſius regis cuius ſunt generalis iuriſdictionis ad diuerſa ſecundum eundem Io.de ligna.tenentur iuuare regem quia maius tribunal ad quod ſunt uocati eſt preferendus.c. ſi Epiſcopus 18.d.& quia uocati ſunt a rege pro corone defenſione et ſic bono comuni unde iure gentium obediendum eſt di.c. fortitudo.cum & pro defenſione patrie.licitum ſit interficere patrem.l.minime.ff.de reli.& ſump.fu.licet ſubiciantur tali domino ratione fidelitatis & iurſdictionis regi uero tantum ratione generalis iuriſdictionis quod uerum credo iuxta ſupradicta.datta inſuficientie alias neceſſitate in rege cum maiori ſit malo obuiandum.in uaſallo uero duorum dominorum uel duarū ciue ciuitatū quid quid ipſe dicat fortius & antiquius ſi ſacramentum eſt preferendū datta impoſibilitate ſeruiendi etiam per ſuſtitutum & hoc ſecundum Inno.de illis qui pacto ſpetiali ad perſonalia tenentur uel qui & ratione fidelitatis iuxta.c.de forma qui ſi uocantur ad Dominū ad bellandum in partibus ultra marinis tenentur iuxta antiquam conſuetudinē ceſſante pacto exemplo libertorum qui ad operas tenentur conſuetas euitata exceſſiua ſeuitia.l.operem.ff.eo.data tamen poteſtate & Domini preſtatione ſumptuum arbitrio boni uiri ut ſupra.& ſpe.in ti.de feu.§.ipſum.& qui equid dicam.glo.tā in di.c.de forma ꝙ in.c.quoniam

multos.11.q.3.quando adiuuamen eſt contra. patrē uel filium rationi non uinculo ſtandum eſt attenta prius qualitate impendendi ſubſidium alias.n.modus conuentionis uſq ad unguem ſeruandus eſt ut.l.1.ff.de pa. notandum eſt tamen q ſecūdum Io.an.in addi.ad Spe.quo ad ſui defenſionem Chriſtiani iuſtum bellum habentes uti poſſunt iudeis ſarracenis infidelibus pacificis nō habentibus guerram actiue aut paſſiue nobiſcum imminente tamen neceſſitate quibus ceſſentibus facit.c.cum olim in ſua diſtin. & quod habetur in di.c.q uero.2.parali.20.impio prebes auxilium & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris.quod & ſentit Nicho.de lira primo regum.c.28.ubi dicit q Dauid qui habebat ius in regno Iſrael et armorum uirtute eum poterat acquirere & facultate oblata licite in tali bello uti poterat auxilio & conſortio infidelium philiſtinorum unde poſuit ſe ad adiuuandū illos ut poſtea per illum regnum obtineret.regreſſis poſt uictoriam philiſtinis.ad propria,quod & ſentit archi. & ſuppoſito q inſidie proprie dicuntur que tendunt ad aliquem fallendū uerbo uel facto quod dupliciter contingit primo ſi dicatur falsum uel non attendatur promiſſum quod ſemper eſt illicitum niſi illo ſtante frangenti fidem & cetera.alias autem etiam hoſti fides ſeruanda eſt.2.ſi aduerſario non appertamus noſtrum propoſitum & ſecretum.& ſic licet.

Xpiani an possunt uti infidelibus ad bellum

ut Ioſue.9.ubi Dominus madauit Ioſue ut poneret inſidias poſt ciuitatem hay.& cetera.licet uti inſidiis iuſte bellantibus ut in di.c.dominus.iuncta glo.& .c.noli.& glo. in.c.utile.22.q.2.quibus & neceſſitate urgēte ſecundum eundem ſanctum Tho.& diebus feſtiuis licet bellare quia pertinentia ad hominis ſalutem etiam corporalem feſtum facere non uetat & a fortiori bono comuni licet prouidere quod fit per tale bellum a quo ceſſare eſſet Deum tentare ut ar. in di.c.ſi nulla iuncta glo.quā & loquitur de quadrageſſima.neq; pugnatori licet tempore treguę. ſecus defenſori ut in.c.1.iuncta glo.de tregua.& pace.itaq; ſi dux exercitus ſub pena capitis non fieri impetum in hoſtes et cum ſua comitiua cui perierat aliquis miles irruit & uicit capite nichilominus debet puniri ut in.l.deſertorem.§.in bello.ff.de re.mili.cū malum propter bonum quod ſequitur non excuſetur.c.unde cunq;.56.d.neq; facta ſint ab euentu notanda di.c.de occidendis.licet iuxta cōcurrentia poſſit ab ipſo duce uel principe pena laxari uel remitti.l. beſtias.ff.de pe.morientes uero in bello pro eccleſia aut alias iuſtis in bellis liciteq; accedentes ad bellum dūmodo decedant ſine alio mortali ſaluantur & celeſte regnum conſequuntur ut in di.c.omni,decedentes uero in illi cito cum illo ſolo mortali pereunt.unde Inno.Papa.2.fratres noſtros Epiſcopos & Presbiteros admonemus ne falſis

penitentiis laicorum animas decipientes in infernum protrahi patiantur falſam autem penitentiam eſſe conſtat cũ ſprettis pluribus de uno ſolo penitentia agitur. aut cum ſic agitur de uno ut non diſcedatur ab alio unde ſcriptum eſt qui totam legem obſeruauerit offendit autem in uno factus eſt ominum reus ſcilicet quantum ad uitam eternã. ſicut. n. ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus ita ſi in uno tantũ maneat uite eterne ianuam non intrabit. falſa. n. eſt penitentia cum penitens ab offuio uel curiali negotio non recedit. quod ſine peccatis agi nullatenus preualet. aut ſi odium in corde geſſerit. aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfaciat. aut ſi offendenti ofenſus non indulgeat. aut ſi arma quis contra iuſtitiam ferat. his ſic breuiter & ſumarie expeditis iuxta intentum ad deſtinatam queſtionem deuenio.

¶ Iſtam queſtio. docto. ubi. ſupra. maxime panor. ſuis modis diſputãt. quicquid tamen dicam, habeamus late ſupra dictis. iuſtitiam uel iniuſtitiam belli nõ ex qualitate Papali uel Imperiali pro uenire ſed ex precedentium concurrentia. primo habeamus ꝙ iuſtificatur ex poteſtate circa quod idem ſic ait Panor. primo ſecundum illos qui dicunt duas eſſe iuriſdictiones. ſcilicet ſpiritualem & temporalem. & ſic a. Deo procedere ut una non ſubſit alteri & ꝙ nil ad eccleſiam de temporalibus. oportet iuſtum fateri

bellum

*bellum inductum ab Imperatore contra Papam,ſed abſit hoc ſecundum Io.an.& hoſti a fidelium cordibus.Imperator.n.ex offitio eſt aduocatus eccleſie. unde non debet eam impugnare.ſed potius a malignorum opreſſoribus liberare.de na.ex li.uen.c.uno.& ad de bonum tex.in cle. Romani.co.ti.quinimo tãta pertinatia ſecundum eos uix carere poteſt labe heretice prauitatis.ad hoc quod notatur .i.de heret.excomunicamus.& in tanta iniquitate etiam ſi Papa in temporalibus eſſet inferior fieret ſuperior propter peccatum ipſius ar.40.di.multi in fine. tamẽ certum eſt ꝙ papa eſt ſuperior unde ipſum electum examinat a probat & improbat.de ele.uenerabilem & circa hoc uide quod plene dixi in.c.nouit de iudi.& finaliter in hac queſtio,concludunt tale bellum eſſe iniuſtum,qui imo indicendo tale bellum ſecundum Io.de ligna.meretur perdere priuilegium,indicendi cum eo ab utatur, & ꝙ in hoc caſu tenentur omnes fideles chatorlici eccleſie adherere quos etiam ſi uaſalli Imperii ſunt poteſt Papa ex hac cauſa abſoluere ab obſeruantia preſtiti iuramenti ſuper fidelitalitate ut patet.15.q.6.nos ſanctorum et.c.iuratos cum ſimili,ego amplius dico ſic ꝙ Papa poteſt ex cauſa ardua priuare Imperatorem & alios Reges & contra eos bellum indicere publicum ut in di.c.uenerabilem de ele.&.c, nouit de iudi.&.15.q.6.alius & in.c.pro humani de*

*homi.li.6.& no.glo.iunto tex.in c.ad Apoſtolice.de re. iudi.&c docto.in.c.ex geſtis.de clericis.non reſi. hodieq; optime facit quod habetur in extra uaganti Bonifatii que incipit unam ſanctam.poteſt.n.Papa ex cauſa ardua iu risdictionem in temporalibus quam a.Deo ſuſcepit in ha bitu deducere ad actum contra quoſcunq; ut plene dixi in di.c.nouit ubi uideas.C.docto.uariāt in hac queſtio.quo ad ſuum intentum non tamē in uero ſenſu propter modicam radicis ſpeculationem.ſi.n.recte.& acutius uellimus at tendere notum eſt & chatolicum vulgataq; ſunt iura.q. iſte due poteſtates a.deo procedunt datteq; ſunt in miniſte rium reſpectu miniſtrantis.tamen uis eſt.nam imperato ris cum diſtributione menſuratur poteſtas,unde.Inno.Pa pa.queſitum eſt etiam ſuper his qui poſt baptiſmum ad miniſtrauerunt.aut ſola tormenta exercuerunt aut &c capitale pro tulere ſententiam nil.de his legimus amaiori bus diffinitum.meminerant.n.a.Deo poteſtates has fuiſ ſe conceſſas et propter uindictam noxiorum gladiū fuiſſe permiſſum & Dei miniſterio eſſe dattum in huiuſmodi uindices.item Ihero.ſuper Ihere.Regum officium eſt & Io.8.adminiſtratores plane &c.i.item Ihero.ſuper Ioel. non ſolum homines &c.i.& ſuper Eſayam.& ſuper Ezechi.li.4.& ſuper Epiſto.ad Gala.li.2.itē Ciprianus ſi audieris &c.i.item Augu.ſuper epiſto.ad Roma.ſūt*

quedam enormia & .i .idem in queſtio: ſuper Mathe. non fruſtra & cetera, quere ſupra in ſina. queſtio. Pape uero poteſtas cum diſtributore unde Anacbletus. in nouo teſtamento poſt Chriſtum dominum, a Petro ſacerdotalis cepit ordo quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia datus eſt Domino dicente ad eum tu es inquit Petrus & ſuper hãc petram edificabo eccleſiam meam & porte inferi non preualebunt aduerſus eam & tibi dabo claues regni Celorum et quoſcunq;. et cetera, et poſt pauca prima ergo ſedes eſt in celeſti beneficio. Ro. eccle. quam beatiſſimus Petrus & Paulus ſuo martirio conſecrauerunt. hinc Augu. de ancho. in ſuo tractatu de poteſtate Pape dicit eſſe ſecundam inferiorum poteſtatem deriuata. a. Deo per Papam. quia poſt pauca idẽ anacle. ait. inter beatos Apoſtolos quedam fuit diſcrptio poteſtatis, et licet omnes eſſent apoſtoli Petro a Domino tantum conceſſum eſt. & ipſi inter ſe uoluerunt id ipſum ut reliquis omnibus preeſſet apoſtolis. & cephas. i. caput & principium teneret Apoſtolatus. qui etiam eandem formam ſuis ſucceſſoribus et reliquis Epiſcopis tenendam tradiderunt, & non ſolum hoc in nouo fuit teſtamento. conſtitutum. ſed etiam in ueteri fuit unde ſcriptum eſt Moyſes & Aron. in ſacerdotibus eius. i. primi inter eos fuerunt. & iterum. hec uero Apoſtolica ſedes caput & cardo ut prefatũ eſt. a domino & non ab

papa caput

aliis conſtituta eſt & ſicut cardine hoſtium regitur ſic hu ius Apoſtolice ſancte ſedis auctoritate omnes eccleſie Do mino diſponente reguntur.item Nicholaus Papa.mediola nenſibus.omnes ſiue patriarche incuiuslibet apice ſiue me tropoles primatuum autem Epiſcopatuum.chatredas uel eccleſiarũ cuiuſcunq; ordinis dignitatem.inſtituit Roma na eccleſia.illam uero ſolus ipſe fundauit et ſupra petram fidei mox naſcentis erexit qui beato Petro eterne uite cla uigero terreni ſimul & celeſtis Imperij iura cõmiſſit hoc modo quoſcunq; ligaueris & cetera.non ergo quelibet ter rena ſententia.ſed illud uerbum quo conſtructũ eſt celum & terra & per quod deniq; omnia condita.ſunt elemen ta Romanã fundauit eccleſiam.illius certe preuilegio fun gitur cuius auctoritate fulcitur.diſtincte tamen ſunt in di ſtributione quo ad exercitium unde Augu.in queſtio.exo. lex eterna ita medio quodam loco poſuit aliqua,;ut in eis uſurpandis merito reprehendatur audatia in exequendis uere laudetur obedientia.hinc Ciprianus & Nicholaus. Papa cum ad uerum uentum eſt ultra ſibi neq; Imperator Pontificatus iura aripuit neq; pontifex nomen Imperato rium uſurpauit.quoniam.idẽ mediator.Dei & hominum homo Chriſtus.Iheſus.actibus propriis & dignitatibus diſtinctis.offitia poteſtatis vtriusq; decreuit propria uo lens medicinali humanitate nos ſurſum efferri.non huma

na ſuperbia rurſus in infernum demergi & ut Chriſtiani Imperatores pro eterna uita. Pōtificibus indigerent et Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerū Imperialibus legibus uterentur quatenus ſpiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus & Deo militans minime ſe negotiis ſecularibus implicaret.ac uiciſſim non ille rebus diuinis preſidere uideretur qui eſſet ſecularibus negotiis implicatus.item Leo Papa res autem omnes aliter tute eſſe non poſſunt niſi que ad diuinam confeſſionem pertinent & regia & ſacerdotalis defendat auctoritas.hinc quod ſecundum Alexan.3.in.c.ſi duobus de appella.non eſt appellandū,a iudice ſeculari ad Papam. niſi in terris eccleſie extra quas.de negotiis ſecularibus non ſe intromitit.c.lator &.c.cauſam.qui fili.ſint legi.cum ſimi.& q. eccleſie ſoluunt tributum Imperatoribus.extemporalibus ſuo modo.c.ſi tributum.&.c.magnum.11.q.i.& di.c. conuenior cum vulga.hinc etiam & Imperator non ſe intromitit de rebus eccleſiaſticis.63.di.quaſi per totum & in.c. ſatis.6.di.hnc & Grego.ad Hermanum matenſem. Epiſcopum.quis dubitet ſacerdotes Chriſti regum & principum omniumq; fidelium.patres & magiſtros cenſeri. non ne miſerabilis inſannie.eſſe cognoſcitur.ſi filius patrem.diſcipulus magiſtrum ſibi cognatur ſubiugare.& iniquis obligationibus illum ſue poteſtati ſubiicere a quo cre-

dit non ſolum in terra ſed etiam in celis ſe ligari poſſe & ſolui. & Nichola. Papa Ludouico Imperatori. in ſcriptu ris narratur Coſtantinus Imperator dixiſſe. uere ſi pro priis occulis uidiſſem ſacerdotem Dei aut aliquem eorum qui in monachali habitu circum amitti ſunt peccantem cla midem meam ſpoliarem & cooperirem eum ne ab aliquo uideretur. in quibus igitur deſiderantiſſimi filii neceſſario commonemini ut quem admodum fide & religione ac bo noris parilitate et adequare uidemini ita quoq; humilitate ac deuotione equiparari nichilhominus anheletis ita ut in nullo inferior eo ſed potior inueniamini. poſt illius exem pla qui talem ſe exhibuit ante talia prorſus exempla, ſed hoc quidem diximus cautos uos reddere cupientes. ut ſi de Domini ſacerdotibus qui iure patres animarum dicuntur aliquid contingerit uos audire quod confuſionem piis men tibus ingerat. non infrunitum ſed pudoratus filios noe imi tantes. patriam de reliquo uerecundiam contegatis ut a flu enti quemadmodum & illi benedictione repleri moderan te Domino mereammini. item Gela. Papa. Anaſt. Impe. duo ſunt quippe Imperator Auguſte quibus. principali ter hic mundus regitur auctoritas ſacrorum Pontificū & Regalis poteſtas. in quibus tanto grauius eſt pondus ſa cerdotum quanto etiam pro ipſis Regibus uel gregibus ho minum. in diuino sūt reddituri examine rationem. et poſt

pauca. noſti itaq; inter hec, ex illorum te pendere iuditio non illos ad tuam poſſe redigi uoluntatem. talibus igitur in iſtitutis talibuſq; fulti, auctoritatibus, pleriq; Pontificum alii Reges alij Inperatores excomunicauerunt. nã ſi ſpeciale aliquod de principum perſonis requiratur exẽplum: beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem quia conſenſit ut ſanctus Ioannes Criſoſtomus a ſua ſede pelleretur excomunicauit. beatus etiam Ambroſius licet ſanctus non tamen uniuerſalis eccleſie Epiſcopus pro culpa que ab aliis ſacerdotibus non adeo grauis uidebatur Theodoſium magnum Imperatorem excomunicans ab eccleſia excluſit qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit q; aurũ non tam precioſius ſit plumbo q̃ regia poteſtate ſit altior ordo ſacerdotalis. hoc modo circa principium ſui paſtoralis ſcribens: honor fratres et ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus ad equari. ſi regum fulgori compares & principum diademati, longe erit inferius q̃ ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum. & oſculata eorum dextra orationibus eorum credant ſe comunicari uel muniri. hinc & Io. Papa. ſi Imperator chatolicus eſt quod, ſalua pace ipſius dicimus filius eſt non preſul eccleſie. quod ad religionem competit diſcere ei conuenit non docere habet priuillegia ſue potaſtatis. que adminiſtrandis le

gibus publicis diuinitus conſequutus eſt.& eius benefitiis non ingratus cõtra diſpoſitionem celeſtis ordinis nil uſurpet.ad ſacerdotes.n.Deus uoluit que eccleſie diſponenda ſunt pertinere non ad ſeculi poteſtates quas ſi fideles ſunt eccleſie ſuis ſacerdotibus uoluit eſſe ſubiectas,nõ ſibi uen dicent alienum ius & miniſterium quod alteri deputatum eſt neq; contra eum contendant abrrũpi a quo omnia conſtituta ſunt.& contra illius benefitia pugnare uideantur a quo propriam conſecuti ſunt poteſtatem.nõ legibus pub licis non a poteſtatibus ſeculi.ſed a Pontificibos & ſacer dotibus omnipotens Deus Chriſtiane religionis clericos et ſacerdotes uoluit ordinari & diſcuti & recipi de errore remeãtes.econuerſo ut ſupra,nõ ſe debẽt intromitere et ec cleſiatici. de tẽporalibus que ad. Imper.pertinẽt quia nemo militãs.deo debet ſe negotiis implicare ſecularibus.licet Imperatores Chriſtiani ſubdere debeant executiones ſuas eccleſiaſticis preſulibus non preferre.unde. Augu. de ancho.in ipſo. tractatu dicit q͂ talem poteſtatẽ Papa inſti tuit.quia poteſtas Pape cuiuslibet ordinis dignitatem & gradum habet inſtituere.di.c.ſancta cum ſequenti. & confirmat ſi eſt bona et iudicat atq; condennat ſi non eſt bona.& ita Zacharias.Papa depoſuit Regem Francorum ut in.c.alius.15.q.6.& alii fuerunt excomunicati ut ſupra.& ipſe tranſtulit Imperium de oriente in occi-

dentem

dentem di.c.uenerabilem. hinc & poteſtas Imperatoris & omnium ſecularium principum iurat fidelitatem. Pape & obedientiam.non ut ipſe ait.recognoſcens ab eo omne quod habet.ſed a,Deo.mediante eo. ut in ſupra dictis iuribus.& patet per eundem.poſt pauca cum dicit.neq; obſtat q potestas Imperialis eſt a, Deo cōceſſa ſecundum multa iura quia eſt a.Deo mediante Papa qui eam concedit non ut homo ſed ut uicarius Dei.itaq; licet in ipſo ſit utraq; poteſtas in habitu ratione repreſentationis & generalis diſtributionis.ſtante tamen Imperatore.reſpectu ipſius & miniſterij utriusq;.diſtincte ſunt poteſtates ſicut ad diſtincta.& ita que alias dicit non procedunt ex di.iu. ſentitq; glo.in.c.quoniam.x.di.hinc eſt q uacante Imperio ipſe ſuplet defectu Imperij ut in.c.licet de fo.compe. unde ipſe ubi ſupra.in ipſo Sumo Pōtifice eſt utraq; poteſtas ſed non eodem modo.quia principaliorem.i. ſpiritualem habet quantum ad in mediatam inſtitutionem & executionem quantum.ad omnes & per omnia minorē.uero.i. temporalem habet ſecundum in mediatā inſtitutionem qua Imperatorem.& Dominum inſtituit ſed non ſecundum in mediatam executionem niſi ex cauſa.ſic & indefectum ab omni principe & iudice ſpirituali & temporali etiam ſi in temporalibus ſuperiorem non recognoſcat appellatur ad Papam.ut in di.c.licet notaturq; in.c.per

uenerabilem. §. rationibus. qui ſi. ſint legi & in autem. ut diffe. iudi. §. ſi tamē cōtingerit & . §. in ciuilibus. colla. 9. 11. q. 5. quicunq. c. ad Romanam. 2. q. 6. tenent Inno. & hoſtien. in. c. inter dilectos. de fide. iniſtru. patet & per nota. maxime per Panor. in di. c. ſi duobus. ſed quo uſq quis poteſt habere iuſtitiam per dominos temporales non debet appellare ad Papam ſecus ſi alias habere nō poteſt & res alicuius eſt momenti. ex quibus omnibus talis eſt modus iuramenti. de quo ſupra. tibi Dno. n. Papa ego. n. rex promittere & iurare facio per patrem & filium. & ſpiritum ſanctum & per lignum hoc uiuice crucis et per has reliquias ſanctorū q ſi permittente Domino Romam uenero ſanctam Romanam eccleſiam et te rectorem ipſi us exaltabo ſecundum meum poſſe. & uitā aut membra nunq neq ipſum honorem quem habes mea uoluntate aut meo conſilio aut conſenſu aut mea exhortatione perdes. & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciā de om nibus que ad te aut ad Romanos pertinēt. ſine tuo conſilio & quicquid de terra ſancti Petri ad noſtrā poteſtatem peruenerit tibi reddam. & cui cunq Italicum regimen com miſero iurare faciam illum ut adiutor tui ſit ad defenden dum terram sācti Petri ſecundum ſuum poſſe. igitur cum datta utraq poteſtate recto ordine. confundantur ex illici ta ocupatione et tūc sēper ſit illicitū bellū ut uiſum eſt. uel

quelibet deperſe ex cauſa iniuſta.c.preuillegium.11.q.3.cum vul.licet alteri iuxta ſuam ſuplere menſuram & ſic procedit quod ſupra dixit Panor.ibi ego amplius & cetera item.ibi & ipſe ait.dico q non eo ipſo q Papa uel imperator indicit bellum contra aliquem etiam inferiorē eſt iuſtum nam & ipſi peccare poſſunt.50.di.ſi Papa & .2.q.3.aliorum & di.c.ad apoſtolice & cle.paſtoralis de re.iudi.habēt.n.ſunt principes poteſtatē adeo.paſcendi & recte iudicandi ſubdictos.nō autem deliquendi ſeu oprimendi.50.di.c.primo.& di.c.alius.oportet ergo q ſubſit legitima & naturalis cauſa ut puta quia ſunt cōtumaces & rebelles eccleſie ſeu imperio.poteſt tamē admitti ut in dubio legitima preſumatur cauſa in principe iuxta nota.per legiſt.in.l.preſcriptione & in.l.fina.C.ſi contra ius uel.utili.publi.& per cano.in.c.que in eccleſiarum de conſtitu.puto etiam q ex cauſa legitima et notabili poſſet Imperator indicere bellum contra perſonam Pape non dico.contra eccleſiam.ut ſi Papa eſſet hereticus & nō poſſet iudicari per eccleſiam.uel ciſmaticus uel alias incorrigibilis & eccleſia non habeat quid fatiat de quo ſe remittit ad ea que habentur in di.c.principes et.c.regum.23.q.5.& in.c.in nomine domini.23.di.& in.c.nec licuit.18.di.& in.c.cum non ab homine de iudi.& in.c.non vos & in.c.de liguribus.23.q.5.& ad glo.in.c.tua de deci-

*quorum omnium finis eſt di.c.principes cuius uerba ſunt. principes ſeculi nonunꝗ intra eccleſiam poteſtatis adepte culmina tenent ut per eandem.poteſtatem diſciplinā muniant eccleſiaſticam.ceterum intra eccleſiam poteſtates neceſſarie non eſſent.niſi ut quod non preualent ſacerdotes efficere per doctrine ſermonē poteſtas hoc impetret per diſcipline terrorem.ſæpe per regnum terrenum celeſte regnum proficit.ut qui intra eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt rigore principum conterantur.ipſamqꝫ diſciplinam quam utilitas eccleſie exercere.non preualet ceruicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat & ut uenerationem mereatur uirtutem poteſtatis impartiatur.cognoſcant principes ſeculi Deo ſe debere eſſe reddicturos rationem propter eccleſiam quam Chriſto tuendam ſuſcipiunt.nam ſiue augeatur pax & diſciplina eccleſie per fideles principes ſiue ſoluatur ille ab eis rationem exigit qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam tradidit.hinc & Augu.macedo.prodeſt interceſſio noſtra cuius miniſterio ſeueritas temperatur & ueſtra.non uobis diſpliceat ꝙ rogamini a bonis quia neqꝫ nobis diſplicet ꝙ timemini a malis,nam hominum iniquitatem etiam Apoſtolus Paulus non tantum iuditio futuro uerum etiā de preſentibus ueſtris ſecularibus terruit poteſtatibus aſſerens etiam ipſas ad diſpenſationem diuine prouidētie pertinere omnis*

.n.inquit anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit et cetera.hec uerba Apoſtoli utilitatē ueſtre ſeueritatis oſtendunt pro inde ſicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus debere qui timent ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui terrent.nichil cupiditate nocendi fiat ſed omnia conſulendi chritate.& ita iuſtificatur & ex animo.& nichil fiat inaniter nichil in humaniter & iuſtificatur ex re: ita formidetur ultio cognitionis ut neq; interceſſoris religio contepnatur quia plectendo & ignoſcendo.hoc ſolum bene agitur ut uita hominum corrigatur.q; ſi tanta eſt peruerſitas et impietas in corrigendis reis ut neq; diſcipline neq; uenie remedia ſufragentur.ab omni tamen intentione atq; concientia quam Deus cernit ſiue ſeueritate ſiue lenitate non niſi officium dilectionis impleatur.ſic iuſtificatur ex cauſa et ex perſona.patet autem ex ſupra dictis.§.remanet ergo queſtio quadri partita ad utramq; uera.& argumenta quo ad concluſionem friuola.quia contra magiſtralem.ueritaſq; elucidata.cum diſtincta matheria.ex quibus finis huic tractatu ad laudem Dei intemerateq; genitricis eius Domine mee glorioſe virginis Marie beatiq; Iheronimi & glorioſe Chaterine.

Die.2.Septembis.1 5 3 2.

Laus Deo.

Explicit Solennis Tractatus.de Bello & .Eius Iuſtitia. Eruditiſſ.V.I.Conſulti Franciſci Arias.de Valderas. Rome impreſſum.per Antonium Bladum.Aſſullanum. Anno. Domini. M. .D.XXXIII. Die vero. Prima.Menſis.Auguſti.

558,169

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico e Legatoria
Piazza dello Spirito Santo, 11 - Tel. 21.344
PESCARA